HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.


SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

Titus Maccius

M. ACCI PLAVTI

BACCHIDES

AD

CODICVM PALATINORVM FIDEM

CVM

INTEGRA SCRIPTVRAE DISCREPANTIA

RELIQVORVM LIBRORVM

EDIDIT

Friedrich (Wilhelm)

FRIDERICVS RITSCHELIVS

PROFESSOR VRATISLAVIENSIS.

HALIS SAXONVM, A. CIƆIƆCCCXXXV.

IN LIBRARIA ORPHANOTROPHEI.

FRIDERICVS RITSCHELIVS

S. D.

CAROLO ERNESTO SCHNEIDERO.

Quod tibi potissimum, doctissime idemque amicissime collega, hanc opellam inscripsi, id et tua caussa et mea factum esse scito. Exigebat enim hoc propensa in me uoluntas tua, qua haec ipsa studia mea, ex quo in has sum regiones delatus, multifariam adiuuisti: qui et tuorum, quae suo loco commemorabo, emendandi Plauti subsidiorum usum liberaliter mihi concesseris, et meorum pertractandorum operam mecum partitus sis communi commodo nostro. Sed quod grati animi testificatio exigebat, id uero suadere ipsius rationes utilitatis uidebantur. Nam quum, quam edendae Bacchidum rationem tenui, satis, ut sunt haec tempora ad iudicandum callidiora, quibusdam displicituram intelligerem, malui ad eum has qualescunque curas mittere, cui crebris sermonibus omne instituti mei consilium pridem probassem, quam contendere tanquam cum aduersariis, qui alia omnia fortasse exspectantes, ac quod ego et uoluissem praestare et debere praestari praeter cetera existimassem,

a *

parum uiderentur ad confirmandum ſcribentis animum collaturi. Sed tu quidem primum meminiſti, qua uia ſuccurrendum Plautinis fabulis per tria ferme ſaecula incredibiliter neglectis putarem, a me eſſe in Lindemanniarum curarum cenſura Diariis litter. Halenſibus a. CIƆIƆCCCXXXIIII. m. Auguſt. inſerta ita ſignificatum potius quam explicatum, ut, quoniam de codice reſcripto Ambroſiano parum conſtat, incorruptae fidei fontes (utinam incorruptos) Plautinos exſtare duos docuerim olim Palatinos, horumque uberrimam et integerrimam cognitionem, ut nunc res eſt, hauriri ex Philippi Parei editione altera, quamuis ea improbis Iani Gruteri conuiciis lacerata. Verumenimuero illa Palatinorum librorum praeſtantia, qua tanquam fundamento niti ſpem omnem inſtaurandi Plauti dixeram, quum nec confeſſa eſſet opinione uulgi necdum a me comprobata, eam ut aliis quoque perſuaderem, exemplum aliquod, quo meae ueritas ſententiae demonſtraretur, edendum uidebatur prius quam integri ſcriptoris editio emitteretur. Ita enim ſperare licebat fore, ut ſatis uia praemunita et iactis certis fundamentis poſt, ubi ad amplius opus accederem, non modo de ipſis critici negotii principiis et rationibus cum doctis hominibus pridem mihi conueniret, ſed etiam multo minore tum temporis et laboris tum chartarum diſpendio omni opera perfungerer, cuius uel ſic non mediocris futura amplitudo eſſet. Nec tamen ſingulari commentatione ſatiſfieri huic conſilio poterat, ut quae et in congerendo documentorum, teſtimoniorum, exemplorum apparatu

omnem concinnitatis modum exceſſura uideretur, ac fortaſſe ne ſic quidem fidem factura, ſine ira et ſtudio allatis uel praetermiſſis ſingularum rerum argumentis iudicandique momentis id a me eſſe poſitum, quod ipſi ueritati conſentaneum eſſet. Quemadmodum igitur ne unius quidem libri alicuius conditio et indoles cognoſci ex decerptis quibuſdam ſingularum particularum ſpeciminibus unquam poteſt, ſed uel leuiſſimarum rerum pleniſſima enumeratio iure optimo hodie fere poſtulatur, ita, et multo etiam magis, integri ſcriptoris qualis Plautus eſt criticas rationes uniuerſas intelligebam non aliter monſtrari poſſe, niſi unius certe fabulae integrae uerbis ad optimorum fontium auctoritatem repraeſentatis tanta quidem religione, quantam non diſſuaderet ſana ratio, ſed ſubiectis ſimul deteriorum librorum quibuſlibet diſcrepantiis item integris. Quod ſi quaeris cur Bacchidum potiſſimum exemplo monſtrare uoluerim, quae fabula non eſt e corruptiſſimis, habeo qui reſpondeam dupliciter. Nam etſi quaedam ſane aliae non minus commodae fuerant, tamen ſecludendas tum eas uidebam, quae ſunt deprauatiſſimae omnium, ut Truculentum et Militem, etiam Moſtellariam: ne, quibus nunc primum harum rerum rationes innoteſcerent, exempli importunitate deterriti reſtituendi Plauti ſpem omnem abiicerent: tum uero octo illas Bacchidibus priores, ut quarum et multum diuerſa et per ſe impeditior et mihi propter bonorum librorum penuriam haud paullo obſcurior ratio eſſet, quam duodecim poſteriorum.

Vides, cariſſime Schneidere, tenuiſſe me illud conſilium, quod ſaepe ſermocinantibus nobis unice amplectendum uideretur, quum, qui bene mereri de Plauto hodie uellet, ei ſemel certe non recenſionem exhibendam fabulae Plautinae diceremus, qualem fere a poeta profectam communes criticae artis leges ſuaderent, ſed potius omnem recenſionis materiam diligenter conquirendam et ita in conſpectu omnium ponendam, his ut ipſis libere de ſingulis quibusque iudicandi copia eſſet. Quod etſi ſat ſciebam ſedulitatis potius eſſe quam ſagacitatis, tamen dedita opera ſpectaui ſolum; ſi quid forte ad redintegranda ipſa uerba poetae contulerim in annotationibus, (quod haud ſcio an factum ſit identidem,) praeſtiti hoc praeter debitum nec laudem ex eo quaero, ſed tanquam ſubſeciuorum in loco haberi uolo. Verum alteram quandam non ſolius diligentiae, ſed iudicii laudem appetebam ſane: quam quidem doleo aliqua ex parte nunc attenuari praeter exſpectationem. Etenim eorum ſummam, quae ex conſtructo illius materiae apparatu conſectaria eſſent, ſtatueram hoc loco Prolegomenis complecti, quibus tum hiſtoriam criticam fabularum Plautinarum continua eaque copioſa narratione perſequerer, tum emendandi Plauti grauiſſima capita ſignificarem. Sed aliter θεῶν ἐν γούνασι κεῖτο. Nam quum iam in eo eram, ut pridem collecta chartis mandarem, ecce necopinanti mihi laetiſſimus nuntius afferri, fore ut, quam longo ex tempore in ardentiſſimis uotis habueram, ipſam Italiam adeundi facultas tandem mihi contingeret no-

bilissimorum uirorum eximia liberalitate, quibus litterarum per Borussiam rationes non curae tantum sed cordi sunt. Persentiscisne, quam ego animo ad peregrinandum commotiore quam tranquilliore ad commentandum fuerim? praesertim cui itineris non cum uoluptate tantum sed cum fructu suscipiendi consilium quaedam studia poscere uideretur a Plautinis Musis ut quae maxime aliena. Ex his angustiis me expediendi uiam quaerens — quidni enim tecum etiam priuatas sollicitudines conquerar, quae nihil pertinent ad ceteros? — recordabar commentationis de exercenda in Plauti fabulis critica arte uernacule a me scriptae tribus quattuorue abhinc mensibus, non illius quidem ea diligentia compositae, quae ferre publicam lucem posset, sed quae tamen multo minore, quam quo ampla prolegomena conduntur, labore limari, augeri et ad aliquam probabilitatem adduci posse uideretur. Hanc igitur commentationem continuo statui ad clarissimum Welckerum mittere, qui eam inseri Museo Rhenano curaret: eaque uolo hanc Bacchidum editionem ita suppleri, ut de hac aequum censeam non iudicari praeter illius societatem. Rursum autem, quae ad ipsum usum editae a me fabulae spectant, quoniam par est non aliunde peti, ex illa commentatione tantum hic excerpam, quantum satis sit ad cognoscendum uniuersum nexum librorum Plautinorum eorumque origines et successiones perspiciendas.

Omne igitur, ut iam ad singula transeam, edendae Bacchidum consilium suapte natura bipartitum

fuit. Ac primum quidem, quod agendum esse praeter cetera uidebam, hoc erat, ut quae tandem indoles et ratio scripturae Palatinae esset, monstrarem: neque enim de hac ipsa cuiquam eorum, qui nostra memoria in emendando Plauto operam collocarunt suam, si a Bothii curis prioribus recesseris, ullo modo constiterat, fontium, e quibus illa haurienda est, siue raritate siue ignoratione. Itaque ego ex Parei ea editione, quam ille alteram primum Neapoli Nemetum a. 1619. emisit, deinde a. 1623. repetiit Francofurti, omnem scripturae discrepantiam tum Veteris Codicis tum Decurtati summa fide excerptam singillatim proposui, non neglectis tamen Camerarii, Gruteri, Scioppii testimoniis siue congruis siue diligentioribus siue aperte falsis. Ac Scioppiana quidem sumpsi ex editionis Dousicae exemplo a. 1589. Lugduni Batauorum emissae apud Raphelengium, quod e bibliotheca Guelferbytana beneuolentissime ad me Schoenemannus transmisit. Nec tamen aliorum tantum notationibus confisus sum, sed meis oculis alterum certe geminorum codicum illorum, Decurtatum nunc Heidelbergensibus redditum, insigni suauissimi Baehrii beneficio sedulo tractaui non exiguo cum fructu uel confirmandi testimonii Pareani uel eiusdem corrigendi et supplendi. Neque enim mirum, quaedam nobis reliquisse optimum uirum: cuius utilissima opera ex quo e doctorum hominum manibus et memoria elapsa est, actum fuit de Plautinarum fabularum salute. Tenendum est autem primum, non posse usquequaque ex silentio Parei coniecturam capi de Palati-

norum librorum cum Pareana editione confenfu. Nam etfi uoluit fane illorum auctoritati totum fefe emancipare, tamen inuito eo non admodum raro remanfit fine Camerarii aliqua fiue Aldinae editionis fcriptura, cuius a Palatina diuerfitatem non docet annotatio. Deinde latius etiam patet orthographici generis ad antiquiorem normam conftans conformatio, quam Pareum deprehendi certo confilio afciuiffe etiam fine Palatinorum affenfu. Quapropter quod *dictumst*, *uolgo*, *quom* et quae funt fimilia, femper fere in Pareana expreffum legitur, ex eo, nifi ubi apertum annotationis teftimonium accedit, noli quicquam colligere de Palatinorum fcriptura. Sed huc accedit, quod ne teftimoniis quidem omnibus uti licet fimpliciter, fed quaedam ex iis certam interpretationem requirunt, quam multo ufu didici. Etenim tantum Pareus Veteris potiffimum Codicis auctoritati tribuit, ut huius praecipuam rationem habens faepius negligeret Decurtatum. Quod minus aegre feras, quam quod etiam ubi ab illo hic difcrepat, in folum intentus Veterem, ufitatiffimam ceteroqui „*MSS.*" notam compluries feruauit improbabili incuria. Vbicunque igitur noftra annotatione Pareanum de Decurtato teftimonium redarguitur, coniunctum illud quidem cum Veteris mentione, noli de mala fide Parei illico cogitare, fed illam *MSS.* notam memento in eam partem interpretari, ut negligentiore commentandi genere unus Vetus fignificetur. Id quod ita effe indiciis fat certis intellexi.

Alterum, in quod incumberem oportebat, hoc erat, ut comparatio inftitueretur et quam pleniffima

in conſpectu collocaretur eorum librorum, quos ego optimos ſequendos ducerem, et reliquorum, quotcunque aut typis impreſſi exſtarent aut manu ſcripti in promptu eſſent, omnium. Quae quidem longe moleſtiſſima pars fuit laboris noſtri taediique pleniſſima, ſed ea hoc magis neceſſaria, quo fere aut peruerſius aut leuius inde ab Erneſtio iudicari de illa editionum multitudine uidi, ipſum centenum numerum excedentium. Sed tamen eas ego propemodum omnes tantum inſpexi, quantum ad cognoſcendam earum originem et indolem ſatis eſſet, antiquiſſimas autem et quarum certum uſum eſſe perſpicerem, omni diligentia uſurpaui earumque ſcripturam integram chartis conſignaui. Sed ſingulas breuiter perſequar deinceps; nunc de omni genere non celabo iudicium meum. Etenim qui nunc fere obtinere rumor ſolet de neſcio quibus theſauris uetuſtiſſimarum editionum nondum recluſis, is tantum non omnis apparuit falſiſſimus. Nec tamen propterea eſt, cur impenſi iis ſtudii ullo modo poeniteat. Nam quum ſemel aliquando hoc quantum eſt laboris ab uno aliquo exantlandum eſſet, ut certo firmoque iudicio vaga et fluctuans opinio cederet: tum non potuit niſi hac ſola uia illud ipſum erui, quo tanquam fundamento criticam rationem omnem Plautinarum fabularum niti diximus, quod cernitur in Palatinorum codicum fide et integritate; qua enim alia re boni exiſtimantur libri quique, niſi quod meliores ſunt aliis peioribus? Accedit quod hoc certe commodi ex illa collatione mea non poterit non redundare, quod tantam exemplarium molem ex parte

rariſſimorum, quae aegre in unum locum congeras, in poſterum, ſi a pauciſſimis recedas, ſine aliquo ipſius Plauti detrimento uel mihi uel aliis prorſus praetermittere licebit. Nam quem ſane illa uſum habent, ut a quo ſingulis locis nunc uulgata eaque praua ſcriptura originem traxerit, uel genuinam quis primus in ordinem receperit, pateſiat: is ipſe plane ſecundarius eſt quidam nec ad confirmandam uerae ſcripturae fidem quicquam confert.

Principum autem editorum curas Plautinas recte aeſtimaturo redeundum eſt ad ipſa renaſcentium litterarum initia. Poſtquam enim maior pars fabularum Plautinarum ex hominum conſuetudine elapſa diu prorſus delituerat, ſaeculo demum XV. diuino beneficio factum eſt opportune, ut ex tenebris illa denuo emergeret. Duodecim enim fabulae poſteriores, quarum primae hanc operam nauaui, anno 1428. in Germania repertae ab Nicolao Treuirenſi, Curiae Romanae Collectore, ſub finem autem anni 1429. Romam allatae et Iordano Vrſino Cardinali traditae, tum primum Italis innotuerunt. Cuius rei luculentiſſima documenta ex Poggii epiſtolis ad Nicolaum Niccolum Florentinum datis petenda ſunt, quas habes in Tonelli nupera editione lib. III, 29. 39. IV, 4. 11. 17. Eum codicem habeo qui demonſtrem in Vaticanam bibliothecam illatum proximo ſaeculo ab Iuſto Lipſio eſſe tractatum. Simulatque autem ille in Italiam illatus erat, illico cogitari de parandis apographis coeptum eſt: quale unum in eadem illa Vaticana, ut ex Antiquarum Lectionum libris coniicere licet, Lipſius rep-

perit, aliud ipſius Nicolai Niccoli manu ſcriptum in Marciana bibliotheca Florentina Laurentius Mehuſius uidit et Praef. in Ambroſii Trauerſarii Epiſt. et Orat. p. XLIII. diligenter deſcripſit, alind denique, ut mittam quorum obſcurior memoria eſt, Angelo Politiano praeſto fuiſſe eius Miſcellanea docent. Quae exemplaria num hodieque in illis Italiae urbibus exſtent, nemodum nos certiores fecit: nunc propitiae fortunae fauore ipſe uidero. Sed fuit, cui deſcribendi ueteris archetypi illud conſilium uehementer diſpliceret. Accipe enim ipſius Poggii uerba. *Liber*, ait Epiſt. lib. IV, 4., *eſt illis litteris antiquis corruptis, quales ſunt Quintiliani, et multa in multis deſunt. Non faciam transſcribi, niſi prius illas legero atque emendauero: nam niſi uiri eruditi manu ſcribantur, inanis erit labor.* Et IV, 17.: *Transſcribitur modo donoque mittetur Duci Mediolani, qui eum per litteras poſtulauit. Marchio item Ferrarienſis petiit: dabitur illis, ſed ita corruptus, ut uere a barbaris redire poſtliminio uideatur.* Et paullo poſt: *Nullus, mihi crede, Plautum bene transſcribet, niſi is ſit doctiſſimus: eſt eis litteris, quibus multi libri ex antiquis, quos a mulieribus conſcriptos arbitror, nulla uerborum diſtinctione, ut perſaepe diuinandum ſit.* Hoc igitur non ſimpliciter tranſſcribendarum, ſed emendandarum fabularum conſilio incredibilis Plauto labes eſt allata. Quam enim illo ſaeculo aliis alii ſcriptoribus operam praeſtiterunt parum adiutabilem, haud ſane dolo malo, ſed iidem tamen imperitiſſime, eadem Plauto adhibita eſt perniciosiſſima. Nec fugit hoc ipſum principis editionis

auctorem, qui in praefatione *siue mandante Nicolao Quinto Romano pontifice siue Alphonso rege Apuliae* incredibiliter in Plautum esse saeuitum queritur. Nec tamen illi correctores usi sunt principe codice ab Nicolao allato, quippe quem bibliothecae claustris reconditum nemini non inuideret Vrsini possessoris illiberalitas, sed tum illius tum Palatinorum, ut certis indiciis cognoscitur, simillimo. Et hunc quidem librum, e quo reliqua exempla manu scripta omnia ducta esse identidem ueteres editores produnt, concilii Basileensis tempore a. 1432. uel 1433. hac in urbe repertum esse, coniunctis Merulae Vgoletique (in praefationibus editi ab eis Plauti) et Alberti ab Eyb s. Eyben, uernaculi Bacchidum interpretis, testimoniis efficitur. Vide huius narrationem a. 1518. chartis mandatam apud Pareum, edit. II, part. II, p. 122., uel latine tantum uersam ab eodem Pareo edit. III, Animaduers. p. 36. Ex hoc igitur fonte Basileensi eo quod antea significabam philologorum Italorum consilio recensio quaedam nata est fabularum Plautinarum miserrime interpolata, sed facile specie quadam ueritatis fallens, quae per multos libros propagata in caussa fuit, cur ad ipsum fontem, casu illum tantum et inscitia, non consilio et licentia corruptum nemo rediret. Eam recensionem uitiosissimi libri tenent saeculo XV. scripti: tenet Lipsiensis, qui fraudi quum aliis tum Lindemanno fuit, nunc autem Hermanno intercedente ad te transmissus, a te uero mecum communicatus, diligentius quam a quoquam adhuc est excussus; tenent Leidensis academicus a

Gronouio negligenter adhibitus, cuius specimina ad Bacch. V, 2, proposita eiusdem Hermanni beneuolentiae accepta refero; Vindobonensis n. CXI. (Salisb. 4.), olim a Sambuco tractatus; Parisinus membranaceus n. 7889. (olim 5073. a.); San-Danielensis ab Carolo Wittio inspectus, relatus nuper in Blumii Biblioth. MSS. Ital. p. 232.; codex Bartholomaei Schobingeri Icti, qui Pareo praesto fuit, alii.

Per quadraginta annos grassata illa libido erat, quum princeps cunctarum XX. fabularum editio parabatur. Nam de quibus hic explicatius dicere omittam, octo priores fabulas multo saepius descriptas nec ullo tempore prorsus incognitas, et per se credibile est prius esse separatim typis descriptas et testatur eruditissimus Morellius apud Harlesium Supplem. ad Breu. Notit. Litt. Rom. P. II. p. 483. et apud Niebuhrium in ea commentatione (Opusculor. hist. et philol. p. 176. sq.), qua de scenis suppositis improbabilia, me iudice, plura quam probabilia disputauit. Quas autem Germania seruarat duodecim posteriores fabulas, easdem Germanorum duorum ope typographorum, Ioannis Coloniensis Agrippinensis et Vindelini Spirensis, una cum prioribus pridem cognitis prelo subiici a. 1472. primus curauit Georgius Merula Alexandrinus. De hac editione principe quum nemodum diligenter iudicarit, ipse autem olim non satis ex omni parte recte senserim, nunc, quid rei sit, accurate exponam. Atque ut rursum octo priores fabulas praetermittam, quae haud scio an ex antiquiore illa apud Morellium editione repetitae potius quam e scripto libro ductae

ſint: duodecim nouarum nequaquam una eademque ratio eſt. Nam etſi earum ſeptem, quae ſunt ultimae, hoc eſt Pſeudoli, Poenuli, Perſae, Rudentis, Stichi, Trinummi, Truculenti, bono aliquo codice, hoc eſt archetypi e Germania allati exemplo quodam Merula uſus eſt, tamen quinque priores, Bacchides, Moſtellariam, Menaechmos, Militem, Mercatorem edidit e peſſimo. Id quod et res loquitur et editor teſtatur in praefatione. Prauitas autem huius codicis in eo cernitur, quod non tantum interpolatam illam recenſionem ſequebatur, ſed eandem, ut e Lipſienſis libri comparatione intelligitur, librariorum negligentia ulterius gliſcente ad extremam turpitudinem deprauatam. Praeterea tenendum eſt in ſeptem poſterioribus potiſſimum aliquanto et plura et grauiora Merulam de coniectura mutaſſe, quam tibi olim uiſum eſt Praef. in Rudent. p. VI. Ex quibus conſequens eſt, ut, qui liber in quibuſdam fabulis longe peior Italica recenſione ſit, eidem multum praeſtet in reliquis et ad Palatinorum bonitatem proxime accedat. De Merula mitto alia, quae ſcitu non indigna uberius in Commentatione diſputaui, atque ad eos criticos duos tranſeo, qui de Plauto bene merendi ſtudio digni praeter ceteros exſtiterunt, qui in Merulae ſocietatem adſciſcantur, ad Pyladem Buccardum Brixienſem et Ioachimum Camerarium noſtratem. Nam qui Merulam ſecuti ſunt proximo interuallo, eorum perleuis opera fuit; repetita enim princeps eſt Taruiſii a. 1482.; in paucioribus mutationibus ſubſtitit Euſebius Scutarius Vercellenſis, cuius editio Mediolanenſis, quae

prodiit a. 1490., Venetiis iterata est a. 1495.; non indiligens Bernardus Saracenus Venetus fuit, qui Plautum coniecturae ope paullo quam ab Scutario saepius tum correctum tum corruptum Venetiis uulgavit a. 1499. una cum suis et Ioannis Petri Vallae Placentini (vel potius, ut dicam quod res est, Georgii Vallae) annotationibus, satis pro illius aetatis ratione puerilibus; e Scutario totus pependit Ioannes Baptista Pius Bononiensis, quamuis prisca exemplaria mss. iactans in amplissimo eodemque mirabiliter abstruso commentario editionis Mediolanensis a. 1500.; eundemque Scutarium, nisi quod una et item altera coniectura accessit, in Bononiensi a. 1500. Philippus Beroaldus sequitur. Paullum hae omnes, si generatim et uniuerse censentur, a Merula recedunt. Sed prioribus dissimillimus Pyladis Plautus prodiit Brixiae a. 1506. Is primum usus est codicibus, eorum autem scripturas multo frequentius suscepit quam indicauit: quorum quum alia in aliis fabulis ratio fuerit, Bacchidibus quidem adhibuit Lipsiensis similem h. e. nouiciam Italorum recensionem. Ex quo sua sponte apparet, quibus fabulis salutaris fuerit codicum ille usus: neque enim eae, quas e foedissimo libro Merula ediderat, non potuerunt longe integriores euadere. Praeterea autem primus e Plauti criticis Pylades fuit, qui restituere metra conaretur. Itaque quum in priores editiones peruersissima uersuum distinctio manasset e continua codicum scriptura, ille disponere singulos uersus aggressus est: quod quum fere satis ei successerit in iambicis, tamen in trochaicis et reliquis octonariis

nariis plerumque lapſus eſt multis modis. Quum enim nec horum leges noſſet, nec uel Plautinam uel uulgarem ſyllabarum proſodiam teneret, praeterea autem conformandorum uerſuum cauſſa ſus deque habita memoriae fide quiduis ſibi licitum putaret: factum eſt, ut pauca probabiliter ſane emendaret, improbabilium autem et temere inſtitutorum tam largam ſegetem profunderet, quanta paucos ſcriptores unquam inquinatos eſſe arbitrer. Atque huius temeritatis uelut contagio incredibili Plauti detrimento ad recentiſſimas editiones pertinuit. E Brixienſi enim expreſſa eſt Thadaei Vgoleti exemplum Parmenſe a. 1510., cui egregie falluntur qui e ſcripto libro neſcio quid boni acceſſiſſe prodiderunt. Non ſane Pyladem curarunt, qui Venetam a. 1511. emiſerunt, prorſus repetitam e Venetà a. 1499.; neo curauit immerito ab Hermanno (Praef. in Trinum. p. V.) laudatus Simo Carpentarius, ut qui in utraque editione, Lugdunenſi a. 1513. altera, altera Pariſina, nihil egerit, niſi quod Pii (h. e. Scutarii) textui accedere eiuſdem Pii coniecturas iuſſit parum dignas, quae in uerborum continuationem reciperentur. Sed Vgoletum ſequitur in Iuntina a. 1514. (repetita Florent. a. 1522. et 1554.) Nicolaus Angelius: quem etſi demonſtrari poteſt ſcriptum codicem eumque e bonis unum habuiſſe, tamen uſus eo eſt rariſſime (ut Bacch. V, 2, 89.), in eo fere acquieſcens, ut uulgatam in obſoletam orthographiam mutaret et in quibuſdam locis numero paucis deſerta Pyladis nimia audacia ad principum editionum ſcripturas rediret. Vides, quam infirmo fundamento Bothii fiducia nita-

tur in mediis, ut uocat, editionibus posita. Iuntinam expresserunt in Veneta a. 1518. Lucas Olchinensis, in Veneta a. 1522. Aldus et Asulanus, quae editio nisi in rebus leuioribus ab Iuntina non discrepat. Aldino autem Plauto prorsus sese emanciparunt posteriores editores ad Camerarium omnes: Andreas Cratander in Basileensi a. 1523., Robertus Stephanus in Parisina a. 1530., Gibertus Longolius in Coloniensibus a. 1530. et 1538., Ioannes Heruagius in Basileensibus a. 1535. (nisi quod in hac multum diuersa ratio est Menaechmorum, Mostellariae et Trinummi) et 1550., Sebastianus Gryphius in Lugdunensibus a. 1535. 1537. 1540.

Tandem desperato propemodum poetae post tantas clades Ioachimus Camerarius succurrit, non immerito sospitator Plauti appellari solitus. Eius tamen de Plautinis fabulis merita magnam partem eo redeunt, quod prisca duo exemplaria mss. nactus est, quae praeter tertium illud et quartum, e quibus ad Italos superiore saeculo integri Plauti notitia omnis manarat, in Germania delituerant, ualde et inter se et cum illis congrua. De his, quae postea in Palatinam bibliothecam illata nomen inuenerunt Veteris et Decurtati codicis, quoniam satis tum ab Camerario, Grutero, Taubmanno, Pareo, tum a me nuper expositum est, nunc nolo multus esse, continuam autem narrationem in Commentatione pertexui. De ipsa autem Camerarii opera uerissimum iudicium hoc est, ut tam ille bene, quam idem male de Plauto meritus dicatur. Ac praecipua laus quaedam in saniore uersuum

distinctione posita est, quae res ex parte tantum probabiliter Pyladi cefferat. Quem etsi metrorum et prosodiae peritia longe longeque Camerarius superabat, tamen ea non tanta in hoc fuit, ut non saepius quam exspectes lapsus sit etiam in hoc genere. Vt autem mittam, id quod multi pridem conquesti sunt, quod rarissime, quid in codicibus repperisset, quid de suo instituisset, monuit lectorem: omnino nescii eum ex illis fructum percipere, quem praebere et potuerant et uero debuerant. Non est mirum, e tam bonis libris tam deturpatum scriptorem millenis locis esse emendatum; sed tamen dici nequit, quoties futilissimis Pyladis coniecturis integerrimas Palatinorum scripturas posthabuerit, siue quod eas leuiter praetermitteret aut parum intelligeret, siue nimia reuerentia uulgatae. Qui autem post Camerarium eosdem libros tractarunt Pareus et Gruterus (Taubmannus enim nec attigit nec uidit unquam), etsi non indiligentes fuerunt in excerpenda scripturae discrepantia, tamen aut caeca librorum superstitione et mediocri numerorum scientia aut immoderata rixandi cupiditate praepediti ad ipsa poetae uerba instauranda non id contulerunt, quod probari posset. Tumultuaria autem tota fuit Dionysii Lambini itemque Io. Frid. Gronouii, temeraria Bothii nostratis opera in Plauto posita: quod quidem non dico seduli uiri lacessendi caussa, sed quia celare quod sentias, ubi liberum iudicium res ipsa poscit, parum dignum honesto uiro est.

Accipe igitur notarum interpretationem infra positam, quibus singulos libros significaui.

Ac *A* uel *Ap* est	Vetus codex Palatinus teste Pareo,
Ac et *Ag*	idem Camerario et Grutero testibus.
Θp et *Θg*	Decurtatus Palatinus testibus Pareo et Grutero,
Θ	idem a me collatus. De quo libro silentium meum confirmat Parei testimonium.
Pal. uel *Pal. Sciopp.*	Scioppii collatio eorundem librorum manu scripta.
K	uetus codex Meursii, sed quem ego ueterem editionem (plerumque Iuntinam) esse intellexi.
Λ	Leidensis academicus,
Ξ	Lipsiensis codex.
Σ	Sambuci codices,
Σ. uet.	eiusdem uetus codex: quorum ille scripturam minime integram posuit in marg. ed. Antuerp. a. 1566.
Ω	Princeps editio.
β	Scutarii Mediolanensis a. 1490.
γ	Veneta a. 1495. 4.
δ	Saraceni Veneta a. 1499.
ε	Beroaldi Bononiensis a. 1500.
ς	Pii Mediolanensis a. 1500., sed prior Bononiensi.
ζ	Pyladis Brixiana a. 1506.
η	Vgoleti Parmensis a. 1510.
ϑ	Veneta a. 1511.
ι	Carpentarii Lugdunensis a. 1513. 8.
κ	Angelii Iuntina a. 1514. 8.

κ alt. est Iuntina secunda a. 1522. 8.
λ - Lucae Canonici Veneta a. 1518.
μ - Aldi Veneta a. 1522. 8.
ξ - Camerarii Basileensis a. 1552. 8.
ξ alt. Cameraria ab G. Fabricio repetita ibid. a. 1558. 8.
π - Lambini Lugdunensis a. 1577.
ψ - Parei editio altera a. 1619. uel 1623. 4.
ω - Gronouii editio ab Ernestio repetita.
† - Bothius, cuius Berolinensem ab Halberstadiensi editione additis *olim* et *nuper* uoculis distinxi.

Quorum librorum ex parte satis rarorum copiam fecit beneuolentissimorum uirorum liberalitas, qui publicis bibliothecis praesunt Heidelbergensi, Berolinensi, Guelferbytanae, Dresdensi, Halensi, Halberstadiensi, Vratislauiensibusque Regiae academicae, Rehdigeranae, Magdalenensi, Cathedrali: quibus uiris pro tam propensa in me uoluntate plurimae gratiae dictae sunto.

Vnum restat, de quo commonendum uideo. Professus sum supra non id tantum me egisse, ut Palatinorum librorum scripturas singillatim proponerem in annotationibus, sed ut ipsam formam uerborum Plautinorum continuam, quemadmodum fontibus illis integerrimis ad nostram memoriam prodita est et contestata, quantum quidem fieri salua ratione posset, legentium oculis subiicerem. Quae scripturae continuitas etsi potest sane plerumque etiam ex annotationum frustulis colligi et tanquam opus uermiculatum

componi, tamen dici nequit, quam ſit in hoc genere et moleſtum et difficile, e multiplici rerum uarietate certam rei imaginem animo informare. Et tamen hoc ipſum non exiguam uim habet, ut, quam ſit corruptus aut quam integer ueterum aliquis ſcriptorum, cognoſcatur. Atque ad ipſum Plautum quod attinet, hac uia confido equidem unumquemque, qui Bacchidum uerba a nobis edita contemplatus ſit praetermiſſis quidem annotationibus, ſua ſponte intellecturum, id quod copioſius ſtuduimus in Commentatione declarare, etſi non uacuum certis corruptelae generibus, tamen nequaquam tam deprauatum ad noſtram aetatem peruoniſſe Plautum, quam plerisque omnibus hodie uideatur. Sed tamen facile apparet aliquo temperamento utendum fuiſſe in repraeſentanda ſcriptura Palatina; quod quidem ſupra ſignificabam, quum tanta me huic conſtantia adhaeſiſſe profitebar, quanta non repugnaret ſanae rationi. Neque enim ea religio non poterat improbari, quae Palatinorum auctoritati etiam in iis ſeſe emanciparet, ſiquae aut ſententiam uel conſtructionem prorſus nullam aut ne latina quidem uocabula praeberent. Nam in hoc quidem genere, quoniam, ut ſaltem intelligi poſſit qui editur ſcriptor, non immerito flagitari uidetur, ne coniecturas quidem ſiue aliorum ſiue meas amplecti dubitaui, nec ibi tantum, ubi e reliquis libris praeſidii nihil peti poſſet, ſed etiam ubi commoditatis ſpecie fallax ſcriptura, ſed quae a Palatinorum memoria nimium diſtaret, conſignata in Lipſienſi codice uel editione principe eſſet. Quippe huiuſmodi ſcripturas

consequens est e supra disputatis coniecturae fidem nullo modo superare. Verum acerrimo iudicio studui ab illis manifesto ulcerosis discernere, quae quantumuis suspecta uel aliqua ex parte improbabilia tamen in dubiorum tantum numero habenda essent et aliquo modo disceptari in utramque partem possent. Haec igitur omnia non quaesiui quam essent usitate, concinne, eleganter dicta, sed num quam defensionem paterentur licet dubitationibus obnoxiam. *Neque enim*, ut sapienter praecipientis uerbis utar, *id reprehendendum est, scripturam corruptam seruari, sed defendi tanquam rectissimam.* Sed quid rectum sit, quid minus, id uero definiri nisi ab eo nequit, qui non edocere scriptorem, quid debuerit, sed ab eo discere, quid potuerit scribere, maluit. Hoc enim ipsum est illud, quod quum adhuc lateat eruendum est e tenebris, quo usque licentiae tum in grammatico tum in metrico genere progressus sit Plautus, ne aut aliorum potius scriptorum tralaticiis aut praepropera opinione conceptis h. e. ficticiis eum legibus quam suis metiamur, censeamus, tractemus. Attamen unum incommodum cum illo Palatinis adhaerendi consilio coniunctissimum hoc erat, quod non licebat ictibus metricis eos uersus insignire, qui ad solam sententiae normam constituti haud raro uel manci essent uel aliquo modo inconcinni. Quod quum satis aegre ferrem, opportune factum est, ut opellae meae redemptor suis rationibus cōnducere minorem Bacchidum editionem credens, resectis annotationibus sola poetae uerba complectentem, eam ut una cum maiore prodire paterer, flagitaret. Eis ego honestissimi

uiri precibus ita obsecundaui, ut hac opportunitate uterer ad compensandum, quod in maiore editione ipse desideraram. Itaque quum in hac grammaticae tantum et sententiae rationem habuissem, in minore iam tertia accessit numerorum ratio. Quare in reliquis quidem ab uerborum conformatione maioris editionis fere non recessi: (quod sicubi est tamen factum, de industria factum scito:) sed constanti consilio tantum eam deserui et de coniectura mutaui, quantum, ut accentibus notari numeri possent, opus erat. Vides ne sic quidem iustam me uoluisse recensionem praestare sed acuminis anteposuisse prudentiae laudem. Quam eo appetii, quod multo etiam minus, quam in maiore editione sententiarum, hic sum numerorum elegantias consectatus, sed soli cedens necessitati nihil fere tribui probabilitati, quae in hoc potissimum genere dictu est difficillimum quos fines esset habitura. Etsi igitur, quae intacta reliqui tanquam dubia, eorum ego minime patrocinium suscipiam omnium, tamen non mediocris in his eorum pars est, quae utique arbitrer similium comparatione satis defendi, quamuis aliena a plurimorum hodie probatione. Sed his proprius locus constitutus in Commentatione est, ubi de hiatu, de accentu, de positione, et quae sunt reliqua capita prosodiae Plautinae, disserui explicatius. Vnum quiddam, quod institui praeter consuetudinem nunc fere receptam, uereor ne multis displiciturum sit non mediocriter: quod non dipodias uersuum, sed singulos pedes descripsi. Quae offensio etsi sat magnam grauitatem habet, si ex artis legibus censetur, tamen

usum

usum si respicimus, perleuis, ut uerum fateamur, esse uidetur. Nam ut sint quique uersus dipodiis, non pedibus et compositi et metiendi, tamen partes dipodiarum pedes esse quis neget? has autem minimas uersus partes, quibus breuissimi numerorum ordines continentur, quid est tandem, cur minore iure distinguere quam maiores, quam longiores quosque ordines iudicemur? Usum autem haec descriptio hunc habet, quod quae in dipodiarum notatione saepissime remanet singulorum pedum recte discriminandorum ambiguitas summa, ea plerumque tollitur. Neque enim ea harum rerum facultate praeditos esse permultos, qui non sunt dedita opera in his studiis uersati, ut nostris pedum disponendorum adminiculis sine detrimento careant, id uero affirmo multifariam expertus. Quanquam non diffiteor equidem, saepenumero me et dubitasse et dubitare etiamnunc, num etiam ab artis seueritate nostra ratio in latinae quidem scenae poetis aliquantum commendationis habeat. Qua enim quaeso alia in re posita est praecipua Graecorum Latinorumque uersuum diuersitas, nisi quod, (ut trochaicorum exemplo utar), quam sibi Graeci licentiam in cuiusque dipodiae, eandem in cuiusque pedis fine sibi indulserunt Latini? Ex quo certe non ineptiat qui efficere hoc instituat, quas in dipodiis Graecos, easdem Latinos singulorum uersuum partes agnouisse in pedibus. Sed de hoc quomodocunque iudicabitur, tantum arbitror in propatulo esse, maiore certe uel commoditate uel securitate mea non esse eam, quam tenui, ascitam disponendi rationem, quae

aegre credas quot difficultates obiecerit ab dipodiarum diſſignatoribus fere alienas.

Habes, Schneidere, ſummam eorum, quibus deſtitutam nolebam hanc Bacchidum editionem prodire *ad dias luminis auras*. Quae accipe ut ſoles comiter, mihique, optime collega, ut facis faue. Scribebam Vratiſlauiae m. Quintili a. CIƆIƆCCCXXXV.

BAC-

BACCHIDES.

Bacchides] *bachideſ* Θ. *Plauti poete clariſiſmi Bacchideſ fabula incipit* Ξ. *Baccides* codex Marcianus apud Laurentium Mehuſium praeſ. in Ambroſii Trauerſarii Epiſt. et orat. p. 43. *Bacchides dimidiatae* μ et codex Barthol. Schobingeri apud Pareum. *Plauti Comici clarissimi Bacchides dimidiatae* Ωβγςζηι. *Plauti Comici Poetae Clarissimi Bacchides Dimidiatae* δ, *Dimiatae* ϑ1. *M. Accii Plauti Bacchides dimidiatae* κ. Recentiores ſuo quiſque arbitratu. Argumento ab ipſo facto haec praemiſit Sarracenus: *Haec una de duodecim comoediis poſtremo habitis caret principio et in pleriſque locis* d i m i d i a t a *eſt ut reliquae ſubſequentes: quae hoc noſtro pro ſuo contenta erit argumento.* Confer Roſtii Plautin. Cuped. ferculum II., Lipſiae editum a. 1812., p. III — VIII. — E *Plauti Chryſalo* Fulgentius Expoſ. ſerm. ant. p. 564, 4. citat Bacchidum uerſum II, 3, 44.: quode uide Oſannum Anal. crit. p. 164. eundemque de duplice Bacchidum recenſione diſputantem p. 200. ſq. — Huius fabulae tria tantum folia in codice reſcripto Ambrosiano ſupereſſe narrat Aug. Maius Plaut. fragm. ined. p. 21., in iisque nihil fere ſe notaſſe, niſi quod afferetur ad IV, 9, 24.

FABVLAE PERSONAE.

PISTOCLERVS adolescens.
LYDVS paedagogus.
BACCHIDES meretrices.
CHRYSALVS ſeruos.
NICOBVLVS ſenex.
MNESILOCHVS adolescens.
PARASITVS.
MILITIS PVER.
PHILOXENVS ſenex.
CLEOMACHVS miles.
GREX.

Fabulae perſonae abſunt ab antiquioribus Iuntina (*κ*) omnibus, praeterea ab *λ*. *Fabulae*] *Dramatis* uulgo. *Piſtoclerus*] *Silenus prologus* praemittit *κ*. *paedagogus*] *poedagogus* *κμ*. *seruos*] *seruus* *ψω*. *Nicobulus*] *Nicobolus* *κμ*. *Paraſitus* *Militis puer*] *Paraſitus. Militis. Puer.* } *κ*. *Philoxenus*] *Philoxenes* *κμ*.

ARGVMENTVM SVBDITIVOM.

Bacchidis amore furit Mnesilochus,
Aurum ut redimat. Praesumia fertur Ephesum.
Cretam Bacchis nauigat, atque alteram
Conuenit Bacchidem. Inde Athenas redit.
Hinc dat Mnesilochus ad Pistoclerum literas,
Illam conquirat. Redit, turbas mouet,
Dum putat amari suam. ut mutent gemmas,
Ei dat aurum, pariter amant.
Senes dum gnatis student, scortantur, potitant.

Argumentum, Prologus et Actus primi XXVII. uersus priores absunt a scriptis editisque ante Iuntinam (x) omnibus, praeterea ab μξ. Quod Iuntinae ipse editor Nicolaus Angelius praef. p. II, his testatur: *Hoc de plurimis uere licet gloriari quod nos omnium primi quos legerimus prologum bacchidibus Dimidiatis et primi actus initium diligentia nostra repertum restituimus.* Sedecim post annis Gisbertus Longolius in editione Coloniensi anni 1530. sic commentatur: *Primus actus Bacchidum desideratur cum prologo, caeterum quod nos subnexuimus, non esse Plautinum, praeter id, quod* [*praeter id: Nam quod* ed. Longol. II. a. 1538.] *ipsa dictio per se satis testatur, etiam in Romano codice tantum hoc deerat, pauci tamen mutilique uersus referebant nescio quid Plautinum. Quod autem habemus dedit Lascaris grammaticus ille graecus, ut testatur in epistola ad Bembum,* [*in epistola quadam Plauto praefixa*, edit. II.] *quod Messanae in Sicilia inuenit. Sunt multi, qui a Francisco Petrarcha effictum putent.* De his breuiter Niebuhrius dixit Opusc. histor. et philol. p. 171. Nec Plautina nec ta-

SILENVS. PROLOGVS SVBDITIVOS.

Mirum hodiest, ni spectatores in subselliis
Ridiculos strepunt, tussiunt, roncos cient,
Consulcant frontem, et ore concrepario
Frequenter fremunt atque male mussitant.
Vix in iuuenta locum obtineat
Aut glabri histriones, aut peruolsi ludii.
Quid ueternosus prodit internuntius
Senex, qui dorso fertur asinario?
Attendite quaeso, atque animum aduortite,
Dum nomen huius eloquor statariae.
Aequom est, uos deo facere silentium.
Officio oris non decet illos utier,
Qui non ut clament, sed ut spectent, ueniunt.
Aureis date ociosas. At non in manum,
Has uolo uolans uox uacuas feriat.
Quidueremini? ictus an sint minus noxii,
Qui repetunt laxa, aut hiulca obstruunt?

---

men nuper facta Scaligero uidebantur a Bothio collaudato, et Adr. Turnebo Aduersar. XIII, cap. 22. sic iudicanti: *prologus, qui Plauti Bacchidibus praetexitur, non ille quidem a Plauto scriptus: apagesis illum a tam eleganti latinoque comico: utrum tamen a ueteri aliquo scriptore profectus, non recenti memoria natus.* Contemptius Camerarius *quae uero* inquit *addita leguntur in editis libris, ut licet per me de iis sentiat quisque quod uoluerit: ita uel mediocriter literis Latinis erudito dubium esse non potest, Plautina illa non esse.* Quo etiam acrius merito iudicauit Niebuhrius p. 170. — Nobis summa fide exprimendum princeps exemplum Iuntinum uisum est, ex quo solo in posteriores editiones nouiciae istae sordes permanarunt, quibus expurgandis oleum et operam perdidit Bothius.

Estis benigni, merito uos ament caelites.
Factust silentium, tacent pueri.
Nouam ad rem iam nouom spectate nuntium.
Qui sim, cur ad uos ueniam, paucis eloquar.
Simul huius nomen proferam comoediae.
Ecce fabor iam uobis, quod expetitis:
Proinde uos mihi facite audientiam.
Naturae deus sum Bromii altor maxumi,
Foemineo qui peperit rem exercitu,
Quicquid huiusce gentes ferunt inclytae,
Nonnihil nostro gesta sunt consilio.
Nunquam quod mihi placet, illi displicet.
Aequomst, si pater obsequitur patri.
Asibidam Ionii me uocitant greges,
Quod uecturio senex uehar asinario.
Qui sim, tenetis. si tenetis, sinite
Vt nomen huius eloquar statariae.
Simul sciatis, ad uos cur uenerim.
Philemon Graecam olim dedit fabulam.
Hanc qui graecissant, Euantides nuncupant.
Plotus, qui latinissat, uocat Bacchides.
Quare non est mirum, si huc aduenerim.
Bacchus bacchanteis Bacchas mittit Bacchides.
Ego ad uos porto. Quid dixi mendacium?
Non decet mentiri deum. At uera fabulor.
Non ego eas porto. Verum salsus asinus.
Via defessus tres, si rite memorem,
Fert. Vnum uidetis. ore quid feram, specite.
Duas sorores debacchanteis samias,
Meretrices lepidas, uno prognatas tempore
Iisdem parentibus foetu gemellitico,
Non minus simileis, quam lacti lac, si conferas,
Aut aquam aquae, dimidiatas imputes,
Has si uideres, ita confundas oculos,
Vtra ut sit, non queas internoscere.
Quod restat, expetitis. Iam date silentium,
Huius argumentum eloquar comoediae.
Samos, quae terra sit, nota est omnibus.
Nam maria, terras, monteis, atque insulas
Vostrae legiones reddidere peruias.
Hac Pyrgoteli Sostrata Pyrocle uiro
Vno edidit gnatas nisu geminas.

Placuitque initiatis Trieteride
Quas ederent, Bacchi uocitare nomine.
Parentes, ut fit crebro, fata occupant.
Alteram miles secum in Cretam uexerat,
Altera geminas adnotat cecropias.
Hanc, ut Nicoboli inspicit Mnesilochus,
Amare occipit. itat ad eam frequentius.
Interea iuuenem pater mittit Ephesum.
Vt inde referat aurum, quod posuerat
Ipse iampridem apud Archidemidem,
Veterem amicum, senem phoenicarium.
Is quom biennio desideret Ephesi,
Bacchidem abiisse, durum accepit nuncium.
Nam nautae noti nauigasse nunciant,
Vt fugitiuam cura et corde quaereret.
Ad Philoxenis Pistoclerum filium,
Sodalem unicum sulcat epistolium.
Dum Pistoclerus amico impartit operam,
Athenas dudum quae redierant geminae,
Conquisitorem in amorem conciunt.
Altera Pistoclerum ad sese allicit.
Altera uenienti desidet Mnesilocho.
Geminae bacchae duos bacchanteis pullulos
Quid mirum si ad sese traxerint blandulae?
Facete, pulchrae in curuos lubitinarios,
Veterrimos senes illorum trahcrent patres.
Sed eccum Pistoclerum. Qui ad Bacchides,
Nuper inuentas redit, et secum insolens
Nouos amoris dispuit igniculos.
Nunc prodeo, audite.

ACTVS PRIMVS.

PISTOCLERVS ADOLESCENS, LYDVS PAEDAGOGVS.

SCENA ITIDEM SVBDITIVA.

Dii immortales, ut sentio, quod sentio. Quid? Nescio.
Stans fugio. Nullus est ignis, et totus ardeo.
Quid id, nisi nauim? nouom profecto malum

Video, et sentio. potisne est terra ut erat hominem?
Atque prosternat? hodie nil praeter terram, et baccham tetigi,
Si bacchast. haec non nutrit bacca, verum iugulat.
E terra quoque obrepere olim dixerunt homines,
Qui dum norant, non norant. quom esse cuperent, erant nihil.
Quid mali hoc? an terra, an baccha, fecimus naufragium.
Ly. Amat hic quem video. Nimirum si id est, quod emissicius
Fora, templa, theatra, porticus, omneis fornices,
Lustra, et lustraleis cellulas quaesierit sedulo.
Pi. Naufragus sum fateor. Bacchus, haud Neptunus celocem
Hanc impellit, agit, quassat, immo frangit, distrahit.
Ly. Bacchis hinc procellam concitat. Actust perdidimus remigium.
Pi. Referam me ad Scopulum, ut istic cum aetate rem perduam.
Instabilis est sors rerum. pro lubidine fata agunt homines.
Ego dum amico Mnesiloco operam impertio,
Illi amicam repperi. ubi pereat cum re assiduo.
Et mihi, meaeque aetati, reique meae peperi infortunium.
Sic volt Cupido, adolescens sum. Aetatis licet plusculum
Iacturae facere. melius, ut id nunc fiat, quam senio.
Sapientum profectost illud dictum, quod lydus increpat.
Si astartan on Bromium, Deosque voluptarios
Contempsit iuuenis, is aut insanibit, aut amabit senex.
Referam me ad scopulum ex naufragio, Pater leget fragmina.
Sequere me Lyde. Video sorores geminas, bacchanal meum.

BACCHIDES DVAE. PISTOCLERVS ADOLESCENS.

BACCHIS.

Quid si hoc potis est, ut taceas, ego loquar?

BACCHIS.

Lepide, licet.

BACCHIS.

Vbi me fugiet memoria, ibi tu facito ut subuenias, soror.

BACCHIS.

Pol magis metuo, mihi in monendo ne defuerit oratio.

Actus I. Scena I.] Actibus Plautinas fabulas dispositas non ante Venetam a. 1511. (ϑ) reperimus, sed in qua tot actus numerentur, quot sunt scenae, XXIII. igitur in Bacchidibus. Fallitur enim Niebuhrius Opusc. histor. et philol. p. 176. Quos nos hodie actus appellamus, primus in commentario descripsit Io. Bapt. Pius (ς), in editionem suscepit Angelius (ϰ), non hic tamen singulas scenas, nisi praemissis personarum nominibus, notans. Secutae ex antiquioribus λμ.

Bacchides due. Pistoclerus adolescens Ξ. om. ΘΩβγς. *Bacchides. Pistoclerus* δεϑιψω. *Bacchides et Pistoclerus* ζηξπ. *Bacchides sorores et Pistoclerus* ϰλμ.

1. *Bacchis*] *Bac.* Ξ. om. Edd. praeter ξπ. Nullas personarum notas ante v. 24. habet Θ, his fere utitur Ξ: *Bac.*, *Pisto.*, pro quibus *Ba.*, *Pi.* Edd. *potis est* ΔΘpΞ, cod. Mehusii, ψω, Sosipater Charisius p. 183, 24. Putsch. *potius est* Ωβγδεςϑι. *potiust* ζηϰλμξ. *ut* ΔΘpΞ Edd. praeter ψ. *ut tu* ψ, Charisius: vere puto. *loquar*] „*eloquar*. Ita fuit." Pal. Sciopp. In Θ certe nec est nec fuit. *Bacchis* om. Charisius. *lepide: licet* primus distinxit Ian. Dousa Plaut. Explan. II, cap. 20.; idem aliam proponens scripturam, quam ex membranaceo Charisii codice se ait eruisse: *Quid si hoc potius est, ut taceas, ego loquar lepide? Ba. Licet.* 2. *fugiet* Δξπψω. *effugiet* Θp. *effugerit* Ξ Edd. reliquae. 3. *mihi in monendo ne defuerit* ΘΞΩβγδιςϑιψω (*defuerit* ΔΘp). *in monendo ne mihi defuat* ζηϰλμ. *mihi, in monendo ne defuat* ξπ, recte arbitror.

BACCHIS.

Pol ego quoque metuo, lusciniolae ne defuerit cantio. Sequere hac.

PISTOCLERVS.

Quid agunt duae germanae meretrices cognomines?

Quid in concilio consuluistis?

BACCHIS.

Bene.

PISTOCLERVS.

Pol haut meretricium est.

BACCHIS.

Miserius nihil est quam mulier.

PISTOCLERVS.

Quid esse dicis dignius?

BACCHIS.

Haec ita me orat, sibi qui caueat, aliquem ut hominem reperiam,

Vt istunc militem emat, ubi emeritum sibi sit, se ut reuehat domum.

Id, amabo te, huic caueas.

---

4. *defuerit* ΘΞΩβγδεϛϑιψω. *defuat* ζηκλμξπ, quod item probo. 5. *Sequere*] *Bac. Sequere* Ξ. *hac*] *me* Θ. *duae germanae* ΘΩβγδεϛϑιξπψω. *due germane* Ξ. *germanae duae* ζηκλμ. 6. *Bene. PI. Pol haut* Δψω. *Bene pol h.* Θp. *Bene pol. haut* Θ. *Bene pol. PI. haud* ΞΩβγδεϛϑικλμξπ. *Bene. PI. haud* ζη. Conf. Acidal. Diuinat. in Bacch. cap. 1. „*meretritium*" Δ. *meretricium eſt* Θξω. *meretricum eſt* ΞΩ.—μ. *meretriciumſt* πψ. 7. *eſt* om. ζηκλμ. *mulier?* Ξ. *dignus* sola Ω. 8. *Hec* Ξ. *qui caueat aliquem ut* ΘΞζ(„ex codicibus antiquis")ηκλμξπψω. om. Ωβγδεϛϑι. Cf. Acidal. cap. 1. *reperiam hominem* ζηκλμ. 9. *Vt iſtunc militem emat, ubi* conieci, ut de Palatinorum ſcriptura ſeruarem quantum poſſem. *Vt iſtoch militem ut ubi* ΔΘp. *Ab iſtoc milite, ut ubi* Ξξπψω. *Iſtoc milite ut ubi* Ωβγδεϛζ(„e codd. omnibus")ηϑκλμ. *Iſtoc milite, ut* ι. *emat* eſt auro capiat ſibique conciliet, ut alibi dixit *aliquem beneficiis emere.* *ſe ut reuehat* Ωβγδεϛϑιξπψω. *ſe ut reueat* Ξ. *ſeu reuehat* ΔΘp. *ſe reuehat* ζηκλμ. 10. *huic*] *ut hic* Ξ.

PISTOCLERVS.

Quid isti caueam?

BACCHIS.

Vt reuehatur domum,
Vbi ei dediderit operas: ne hanc ille habeat pro ancilla sibi.
Nam si haec habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens.

PISTOCLERVS.

Vbi nunc is homo est?

BACCHIS.

Iam hic credo aderit. Sed hoc idem apud nos rectius
Poteris agere: atque is dum ueniat, sedens ibi opperibere.
Eadem biberis, eadem dedero tibi, ubi biberis, sauium.

PISTOCLERVS.

Viscus merus uostrast blandicia.

BACCHIS.

Quid iam?

---

isti caueam? BA. Vt Edd. *isticaueamaut* Θ. *si caueam ut* Ξ. *reuehatur* Θξπψω. *reueam* Ξ. *reuehat* Ωβγδεςϑκλμ. *reuehas* ζηι. 11. *dediderit* ΔΘρψω. *dederit* Ξ Edd. reliquae. 12. *si haec* Θ. *si hec* Ξ. *si hic* Ωβγδεςϑι. *si* ζηκλμ. *haec si* ξπψω. *quod*] *quid* Ω. *ille* ξ altera. *remuneret* Ξ. *remaneret* Ω. *libens* π. 13. *PIST.* om. Ξ. *nunc is* ΔΘρΞΩβγδεςψω. *his* ζκλμ. *is* η, κ altera, ξπ. *nunc his* ϑ. *nunciis* ι. *homost* κλμψ. *hic credo aderit* ΘρΞ Edd. *credo aderit hic* Δ. 14. *ibi* ΔΘgζηκλμω. *hic* ΞΩβγδεςϑιξπψ. *opperibere* ΘΩβγδεςϑικλμξπψ. *operibere* Ξζρω. 15. *biberis* ΘΞξπψω. *bibes* Ωβγδεςζηϑι. *bibens* κλμ. *ubi*] *ut* ζηκλμ. 16. *merus*] *mirus* γ. *merust* ζη. *uostrast* Δψ. *uostra est* Θρ. *ura est* Θ. *uestra est* uel *ura est* Edd. praeter ζη, in quibus *uestra*. *blandicia* ΔΘΞβγδεςϑι. *blanditia* Ωζηκλμξπψω.

PISTOCLERVS.

Quia enim intellego:
Duae unum expetitis palumbem: perii, arundo alas verberat.
Non ego istuc facinus mihi, mulier, conducibile esse arbitror.

BACCHIS.

Qui, amabo?

PISTOCLERVS.

Quia, Bacchis, Bacchas metuo et Bacchanal tuum.

BACCHIS.

Quid est? quid metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat?

PISTOCLERVS.

Magis illectum tuum quam lectum metuo: mala tu es bestia.
Nam huic aetati non conducit, mulier, latebrosus locus.
Egomet, apud me quid stulte facere cupias, prohibeam.

---

quia enim] *quia. n.* βδεςϑλμ. *qui enim* Nonius p. 219, 7. ante Mercerum, afferens *qui enim — palumbem.* *intellego* ΘΞκλμψω, Non. Merceri. *intelligo* Ωβγδεςζηϑξπ, Non. ante Merc. 17. *Due unum* Ξ. *Vnum duae* Bothius. Fort. *Dum duae unum.* *palumbum* neſcio ex qua Nonii ed. afferat Douſa in marg. *perii arundo* Θξπω. *perii harundo* Δψ. *parua hyrundo* Θp „ſupra ſcr." (manu recentiſſ.), Ωβγδεςζϑι. *parua hirundo* Ξηκλμ. Emendandum ſuſpicor: *prope arundo alas uerberat.* 18. *fatinuſ* Δ.

Fort. *mihi facinus.* 19. *Qui amabo* ΘpΞ Edd. *Quid amabo* Δ. *bachiſ, bachaſ — bachanal* ΘΞ. 20. *eſt? quid* ΘΞψ. *eſt quid* Ωβγδεςϑξπ. om. ζη. *eſt quid id* κλμ. *eſt quod* ιω. *metuuſ* Θ. *malitiam* ΔΘp Edd. praeter π, quae *malaciam.* *maliciam* Ξ. 21. *illectum* ΔΘpΞ Edd. praeter πψ, quae *inlectum.* 22. *etati* Ξ. *lathebroſuſ* Ξ. *latobroſuſ* Δ „initio".

23. *Egomet* ΘΞΩβγει. *BA. Egomet* διϑξπψω, recte meo iudicio. *Egone* ζηκλμ. *quid* ΔΘpΞ Edd. praeter ξπψω, quae *ſi quid.* Verius fortaſſe *quidquid.*

BACCHIS.

Sed ego apud me te esse ob eam rem, miles quom ueniat, uolo,
Quia, quom tu aderis, huic mihique haud faciet quisquam iniuriam.
Tu prohibebis, et eadem opera tuo sodali operam dabis,
Et ille adueniens tuam med esse amicam suspicabitur.
Quid, amabo, opticuisti?

PISTOCLERVS.

Quia istaec lepida sunt memoratui:
Eadem in usu atque, ubi periclum facias, aculeata sunt,

---

24. *BACCH.* Ξ Ω β γ ϛ ζ η ι κ λ μ, quod ſeruandum et SORORI tribuendum; om. δ ε ϑ ξ π ψ ω. In Θ uerbis *Egomet — prohibeam* ſed uno uerſu (ut etiam in Edd. ante κ omnibus) concluſis aſcriptum in margine eſt *PISTOCLERVS*, credo quod nunc demum loquentis nomen librario patuit. Vt ad u. 23. illud pertinere, non ad 24., uideatur. *cum* Θ Edd. *quom* Ξ ψ. 25. *cum* Θ Ω β γ δ ε ϛ ϑ ι ξ π ω. *quum* ζ η. *quom* Ξ κ λ μ ψ. *tu*] *te* ϑ. *adderis* Δ „initio“. *haud* Θ Ξ Edd. praeter *haut* ψ, *aut* ω. *iniuria* Ω. 26. *et* om. ζ η. 27. *med eſſe* ψ (ſed ut a codd. *d* abeſſe ipſa eius forma ſignificetur), ω. *medeſſe* Θ. *me eſſe* Ξ Ω — ξ. 28. *opticuiſti* Δ Θ p. *obticuiſti* Ξ Edd. praeter ι, in qua *obſticuiſti* erratum. *obſtipuiſti* „nonnulli libri“ Lambini: de quo dubito. *PIST.*] Modo ſic *PISTOCL.* Θ, qui hinc quae habeat in hac ſcena perſonarum nomina, non quae omittat multo plura, notabimus. Conſtanter om. *BACCH.* *quia* Δ Θ p Ξ Ω — π ω. *quia enim* ψ e coni. Acidalii c. 1. *iſtaec* Ω — ξ ψ ω. *iſthaec* π. *iſtec* Δ p Θ Ξ. *laepida* Θ. *memoratui* Δ Ξ ξ — ω. *memoratua* Θ p. *memoratu* Ω — μ. *memoratu lepida ſunt* transponi Acidalius iubebat. 29. *inuſu* Δ Θ p „iunctim“ (ut alia millena). *periclum* Θ p ψ ω. *periculum* Δ Ξ Ω — π. *faca.ſ* Δ „initio“. (Puncto notaui, quae littera in utraque Pareana legi nequit.)

Animum fodicant, bona distimulant, facta et famam sauciant.
Apage a me, apage!

BACCHIS.

Ah nimium ferus es.

PISTOCLERVS.

Mihi sum.

BACCHIS.

Malacissandus es.
Quid ab hac metuis?

PISTOCLERVS.

Quid ego metuam, rogitas? Homo adulescens
Penetrare huiusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur,
Vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus.

BACCHIS.

Lepide memoras.

PISTOCLERVS.

Vbi ego capiam pro machaera turturem,

---

30. *distimulant* Θρ Ξζηκλμ, probatum Acidalio. *destimulant* Δξ—ω. *dissimulant* Ω—ςϑι. 31. Tenent hunc uersum, qui redit post 39., ΔΘρΞ Edd. Expungi iussit Acidalius, obsecutus est Bothius, haeret Osannus Anal. crit. p. 200. *PISTOCL.* Θ. *malacissandus* Edd. *malacisanduſ* ΔΘρΞ. 32. *Quid ab* ΘΞΩ—ψ. *Et quid ab* ω et Pal. Sciopp. Cui si fides habenda, natum illud *et* e fine prioris uersus. *Ecquid* Bothius et hic et post paullo, toto quidem caelo aberrans. *PIST.* Θ. *homo adulescens* ΔΘρ. *homo adolescens* ΞΩ—μ, Donatus in Terent. Phorm. III, 1, 20. citans *homo — desudascitur. homo adolescentulus* ξπω. *homo adulescentulus* ψ. *adulescens homo* olim Bothius, uellem hodieque.

33. *penetrem* ζηκλμ, Donatus. *penetrem me* olim Bothius. *palestram* ΔΘρΞΩ—ςϑιλ. *damnis*] *dominae* uel *dominis* coni. Bothius. *desudascitur* ΔΞ Edd., Donatus. *desuadascitur* Θρ. 35. *PISTOCL.* Θ. *machera* ΔΘρΞΩ—ςϑιλ. *turturam* ι.

Vbique inponat in manum alius mihi pro cestu cantharum,
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,
Pro hasta talus, pro lorica malacum capiam pallium,
Vbi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.
Apage a me, apage!

BACCHIS.

Ah nimium ferus es.

PISTOCLERVS.

Mihi sum.

BACCHIS.

Malacissandus es.

BACCHIS.

Equidem tibi do hanc operam.

PISTOCLERVS.

At nimium preciosa es operaria.

---

36. *inponat* Θψ. *imponat* Ξκλμξπω. *imponant* Ω — ι. *manum* ΘΞξ — ω. *manu* Ω — μ. *caeſtu* δθπ. 37. *ſcafium* Ω — ϛθ. *ſit*] *ſil* Ξ. *corola* Ω. *corolia* κλ. *crolla* μ. 38. *haſta*] *aſta* ΔΘρ. *malachum* Ω — ϛθι. 39. *mihi pro equo* Ω — ω. *mihi p̄co* ΔΘρ. *mihi preco* Ξ. *pro equo mihi* olim Bothius. Pronuntiandum *mi pró equo*. *ſcuto* ΔΘρΞΩ — ω. *ſcurto* Meurſius Exercit. crit. P. I. in Epidic. cap. 1. *accubet* ΞΩ — ω. *accumbet* Δ. *accumbent* Θρ. 40. *a me*] *mea* Θ, Pal. Sciopp.

ah ΔΘρΞΩ — ω. „*at* Θg et Edd. uett.“ falſiſſimo Gruteri teſtimonio. *nimium*] *nimirum* ι. *PISTOCL.* Θ. *malacisſanduſ* ΘΞ. Cf. ad u. 31. 41. *BACCH.* Ξ. om. Ω — ω. Alterni ſe excipiunt ſororum ſermones. *do* ΘΞξ — ω. *dabo* Ω — μ. *opera?* ι. *at* ΘΞΩ — μω. *ah* ξπψ. *precioſa* Ξβγϛξ. *p̄cioſa* Θδζηικλ. *pracciosſa* Ωθ. *pretioſa* μπψω. *operaria es* ζηκλμ.

BACCHIS.

Simulato me amare.

PISTOCLERVS.

Vtrum ego istuc iocon adsîmulem an serio?

BACCHIS.

Heia, hoc agere melius: miles quom huc adueniat, te uolo
Me amplexari.

PISTOCLERVS.

Quid eo mihi opust?

BACCHIS.

Vt ille te uideat, uolo.
Scio quid ago.

PISTOCLERVS.

Et pol ego scio quid metuo. Sed quid ais?

BACCHIS.

Quid est?

PISTOCLERVS.

Quid? si apud te ueniat desubito prandium aut potatio
Forte

---

42. *mea mare* Θ. *Vtrum* Ξζηκλμξπψω, etiam Gruterus. *iterum* Θ. *uerum* Ω—ϛθι. *iſtuc iocon adſimulem* ΘΞ. *iſtuc iocon aſſ.* ΔΘg,ω. Verba *iocon aſſimulem an ſerio* affert Soſipater Chariſius p. 195, 44. *iocon adſimulem iſtud* Ω—ϛθιψ. („*iocon*“ ΔΘp.“) *ioco adſimulem iſtud* ζη. *ioco aſſimulem iſtuc* κλμ. *ioco aſſimulem iſtud* ξπ. 43. *Heia* ΔΘρψω. *Eya* Ξ. *Eia* Ω—π. *meliuſ* ΘΞΩ—ϛθι. *meliuſt* ζηκλμξπψω, fortaſſe ex Δ. *quom* Ξψω. *quam* Θ. *quum* ξπ. *cum* Ω—μ. *huc*] *hoc* κ altera. *te* ΘΞζηκ—ω. om. Ω—ϛθι. 44. *Me*] *Mea* Θ. *PIST.* et mox *BACCH.* κλμξπψω. om. ΞΩ—ι. *quid eo mihi* Θξπψω. *quidem mihi* Ξ. *quidem* Ω—ϛθι. *quid eo* ζηκλμ. *opuſt* Δζηκλμψ. *opuſ* Θp. *opuſ eſt* ΞΩ—ϛθι. Scribendum aut *mihi opuſt* aut *mi opus eſt.* 45. *quid ago* Θζηκ—ω. *quod ago* ΞΩ—ϛθι. *quid metuo* ΘΞΩ—ω. 46. *ueniat* ΔΘpΞΩ—μω. *eueniat* ξπψ. *deſubito* ΘΩ—κμψ. *de ſubito* Ξλξπω.

Forte aut coena, ut solet in istis fieri conciliabulis:
Vbi ego tum accumbam?

BACCHIS.

Apud me, mi anime, ut lepidus cum lepida accubet.
Locus hic apud nos, quamuis subito uenias, semper liber est.
Vbi tu lepide uoles esse tibi, mea rosa, mihi dicito.
Dato, qui bene sit: ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo.

PISTOCLERVS.

Rapidus fluuius est hic, non hac temere transiri potest.

BACCHIS.

Atque ecastor apud hunc fluuium aliquid perdundumst tibi.
Manum da et sequere.

---

47. *aut cena* ΔΞπψ. *ut cena* Θp. *aut coena* Ω—ω. *conciabuliſ* Ξ. 48. *accumbam* Δ man. pr., κλμψ. *accubam* Θ et man. sec. Δ, κ altera. *accubiam* Ξ. *ad cubiam* Ω. *adcubiam* βγες. *adcubam* δϑ. *adcumbam* ζη (omiſſo ſimul *tum*) et ι. *accubem* ξπω, fortaſſe recte: uid. ad u. 39. *acubem* ξ altera. *anime*] *aiae* δϑ, h. e. *animae*. *accubet* Ξζηκ—ω. *accumbet* ΔΘpΩ—ςϑι. *accumbaes* Θ hodie, ſed ut hoc ex *accumbet* correctum uideatur: quare de *accubes* ne cogita. 49. *nos apud* ζηκλμ. 50. *tu* om. ζηκλμ. *eſſe uoles* ζηκλμ. Pro *uŏles eſſĕ tibi* praeſtiterit *uŏles tibi ĕſſe*. 51. *Dato*] *Piſto. Dato* Ξ. *ego*] *Bac. Ego* Ξ. 52. *Rapiduſ fluuiuſ eſt hic — poteſt* ΘΞΩ—ω, Soſipater Chariſius p. 196, 19. *Magnus eſt hic fluuius—poteſt* Seruius in Virgil. Aen. IX, 329. 53. *ecaſtor* ΞΩβγεςζϑκ—ψω. *accaſtor* ηι. *caſtor* Θδ. *perdundumſt* Pal. Sciopp., ψ. *perdunduſt* κλμ. *perdundunſt eſt* ι. *perdundum eſt* ΘΩ—ϑξπω. *perdundundum eſt* Ξ. 54. *manu* κ altera. *da*] *mihi da* ζη. *et sequere* Θ(cum lacuna perſonae)ξπψω. *conſequere* ΞΩ—ςϑι. *et conſequere* ζηκλμ.

PISTOCLERVS.

Aha minime.

BACCHIS.

Quid ita?

PISTOCLERVS.

Quia istoc inlecebrosius
Fieri nihil potest: nox, mulier, uinum, homini adulescentulo.

BACCHIS.

Age igitur; equidem pol nihili facio, nisi causa tuá.
Ille quidem hanc abducet: tu nullus adfueris, si non lubet.

PISTOCLERVS.

Sumne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo?

BACCHIS.

Quid est, quod metuas?

---

aha ΘΩ—ψω. *ah* Ξ, recte arbitror. *minime* ΘΞΩ—πω. *minume* ψ. *ita*] *ita obſecro* ζηκλμ. *illecebroſius* ΘΞβ—ζϑ—ξω, Donatus in Terent. Adelph. III, 4, 24. citans *quia iſthoc — adoleſcentulo. illecebroſus* Ω. *illeccebroſius* η. *inlecebroſius* πψ, Pal. Sciopp., Soſipater Chariſius p. 182, 13. citans *nihil iſthoc inlecebroſius fieri poteſt.* 55. *aduleſcentulo* ΞΩ—ςϑιψ. *adoleſcentulo* Θζηκ—πω. 56. Pro *BACCH.* lacuna eſt in Θ. „Poſt *equidem* perſonae ſpatium in ΔΘp." Fallitur. *nihili* ΘΞζκ—ω. *nihil* Ω—ςϑιλ. *facio*] *potio* η. *cauſa* ΘΞΩ—ιψ. *cauſſa* κ—πω. 57. *abducet hanc* ζηκλμ. *abducet, tu nullus*] Nihil succurrit niſi *abdúcet, núllus tu:* niſi forte corripere *nŭllus* liceat ut *ille.* Nam *abdúcito, núllus* defendi uelut e Mil. glor. IV, 2, 97. non poteſt, ubi etſi pro dactylo eſt *dicitŏ*, tamen eſt in anapaeſtico. *adfuerif* ΘΞΩ—ιπψ. *aſſueris* κ—ξω. 58. *Summe* Θ. *autem*] *ego* ζηκλμ. *nequeam* Ω—ψω. *nequam* ΘpΞ. *meo moderari* ζηκλμ. Debebant saltem *meo moderarier.*

59. *quod*] *quod tu* ζηκλμ.

PISTOCLERVS.

Nihil est: nugae. Mulier, tibi me emancupo,
Tuus sum, tibi dedo operam.

BACCHIS.

Lepidu's. Nunc ego te facere hoc uolo.
Ego sorori meae coenam hodie dari uolo uiaticam:*
Ego tibi argentum iubeo iam intus ecferri foras,
Tu facito nobis opsonatum sit opulentum opsonium.

PIST. Nihil eſt: nugae] *Nihil eſt. PIST. nugae ΔΘg. Nihil eſt. Piſto. Nunc ego Ξ. PI. Nihil eſt. nunc ego Ω — ςϑιξ — ω* et omiſſo *ego ζηκλμ.* *emancupio Θp.* 60. *dedo*] *do ζηκλμ.*

Lepidu's. nunc ψ, Meurſius Exerc. crit. in Bacch. cap. 1. *lepiduſ nunc ΔΘp* („ſed in *Δ es* ſupra uerſ. ſcripto poſt *nunc*") uetus codex Meurſii, *ζηκλμω. lepiduſ eſ. nunc ΞΩ — ςϑιξπ.* *Lepidus es. PI. nugae. BA. te facere hoc uolo* Scioppius comminiſcitur Suſpect. Lection. V, epiſt. 24., falſiſſimo teſtimonio ex *ΔΘ* afferens *Lepidus es nugae te f. h. u.* Quippe iam in Raphelingiana *nugae* pro *nunc ego* ex Pal. aſcripſerat non ad u. 59., ſed per errorem ad u. 60., ibidemque quam poſtea uulgauit coniecturam manu conſignarat. 61. *mee Ξ.* *cenam ΘΞψ.* *dari ΘΞΩ — ςϑι. dare ζηκ — ω.* 62. *Ego ΔΘpΞΩ — ω*, Soſipater Chariſius p. 180, 48. afferens *Ego — foras. Ergo* coniecit Douſa in margine. Refertur *ego* proximo *tu.* *iubeo ΔΘpΞΩ — μψω. iubebo ξπ*, Chariſius: quod placet. *iam*] *nam Ξ.* *ecferri Δ*, Chariſius, prob. Meurſ. Exerc. cr. c. 1. *et ferri Θp. efferri Ωζηκ — ω. efferre β — ς.* 63. *Tu* om. *ι.* *nobiſ obſenatum ſit Θ.* om. *ζηκλμ. ſic nobis obſonatum Ω — ςϑ. ſit nobiſ obſonatum Ξ, ι* de coni. Pii. *obſonatum nobis ſit ξπψω*: ex quo neſcio quo iure colligatur idem exſtare in *Δ. nobis* autem in unam ſyllabam coiſſe pronuntiando, documento eſt *nis* forma, quam ex Feſto Paullus excerpſit p. 36. Lind. *opſonium* Pal. Sciopp. *obſonium ΘΞΩ — ω.*

PISTOCLERVS.

Ego opsonabo: nam id flagitium meum sit, mea te gratia
Et operam dare mihi et ad eam operam facere sumptum de tuo.

BACCHIS.

At ego nolo dare te quicquam.

PISTOCLERVS.

Sine.

BACCHIS.

Sino equidem, si lubet.
Propera, amabo.

PISTOCLERVS.

Prius hic adero, quam te amare desinam.

BACCHIS.

Bene me accipis aduenientem, mea soror.

BACCHIS.

Quid ita, obsecro?

BACCHIS.

Quia piscatus meo quidem animo hic tibi hodie euenit bonus.

---

64. *PIST.* δεθξψω. om. Ξβγςζηι — μπ. *opſonabo Δ*, quod fidem fecit etiam u. 63. *opſonatum* in Δ eſſe. *obſanabo* Θp. *obſonabo* ΞΩ — ω. *nam*] *BA. nam* δεθ. *meum ſit* ΘΞΩ — μ. *ſit meum* ξπψω. „*meum*, non *merum* eſſe in ΔΘ Pareus notat.
te gratia ΔΞΩ — ςθιξ — ω. *tegram* Θp. *gratia* ζηκλμ. 65. *Et*] *Te* ζηκλμ. *facerere* Ω. *ſumptum* ΘΞΩ — μψω. *ſumtum* ξπ. 66. *BACCH.* Ξξψω. *PIST.* Ω — μπ. *PI. Sine. BA. Sino equidem* ξψω. *ſine ſinoe quidem* Θ. *ſine. BA. ſino quidem* ΞΩγεζηκλμ. *ſine. BA. ſine quidem* βδςθι. *ſine. BA. ſino equidem* π.
67. *Prius — deſinam* affert Donatus in Terent. Eunuch. IV, 2, 13. 68. *me* ΘΞΩ — ψω. *med* Bothius. *BACCH. Quid* Ξδεζηθκ — ω. *PIST. Quid* Ωβγςι. 69. *BACCH.* δεζηθκ — ω. om. ΞΩβγςι. *meo quidem animo* ΘΞξ — ω. *meo quidem* Ω — δςθ. *a me quidem* ι. *meus quidem* ι de coni. Pii. *meo animo* ζ(„ex codd. antiquis“)ηκλμ.

BACCHIS.

Meus ille quidemst. Tibi nunc operam dabo de Mnesilocho, soror,
Vt hic accipias potius aurum, quàm hinc eas cum milite.

BACCHIS.

Cupio.

BACCHIS.

Dabitur opera. Aqua calet: eamus hinc intro, ut laues.
Nam ut in naui uecta es, credo, timida es.

BACCHIS.

Aliquantum, soror.

---

70. *BACCH.* κ—ω. om. ΞΩ—ι. *ille quidemſt*, obliqua lineola ſupra *t* poſita, Θ, ſimpliciter ψ. *ille quidem eſt* Ξζηκ—πω. *quidem ille eſt* Ω—ϛθι. *tibi*] *ubi* δε. *ibi* μ. *mneſilocho ſoror* Ξζηκ—ω. *mneſilochoſor* Θ. *mneſiloco ſoror* Ω—ϛθι. 71. *hic* Θκ—ω. *hinc* ΞΩ—ι. *eas hinc* ζηκλμ. 72. *BA. dabitur* Ξδεζηθκ—ω. *PI. dabitur* Ωβγϛι. *aqua*] *BA. aqua* Ξ. *calet* ΘρΞΩ—πω. *Kalet* Δψ. *leues* Ω. 73. „Hunc uerſum bis expreſſit“ Θg, ſed ut eum poſt u. 74. iteret. *ut in naui* ΔΘρξ—ω. „*in* in Δg agnoſcit raſuram“. „*ut in naui* Θg poſteriore loco, *ut naui* priore“: uere. *ut e naui* ΞΩ—μ. *ut ex mari* uel *ut in mari* olim exſtitiſſe in quibusdam libris colligas ex Donati his teſtimoniis: *nam ut ex mari timida es*, ad Ter. Phorm. II, 1, 54.; *manum ex mari timide*, ad Eunuch. IV, 2, 14.; *nam ut in mari uecta es, credo timida es*, ad Hecyr. III, 1, 41., quorum uerborum corrupta ſcriptura deceptus incredibilia de Plautino uerſu Scioppius comminiſcitur Suſp. Lect. I, 17., nihil profecit Gulielmus Quaeſt. Plaut. p. 149. *uecta eſ* ΞΩ—ω. *uecteſ* Θ utroque loco. Scribendum *uectas*'. *timida eſ* ΘΞΩ—ω. *timida's* ψ, petitum ut uidetur e Δ. *BACCH.* ΞΩ—ιξ—ω. om. κλμ.

Simul huic nescio quid turbarum est, qui huc it: decedamus.

BACCHIS.

Sequere hac igitur me intro in lectum, ut sedes lassitudinem.

LYDVS SERVVS ET PISTOCLERVS ADOLESCENS.

LYDVS.

Iamdudum, Pistoclere, tacitus te sequor,
Spectans, quas tu res hoc ornatu geras.

---

74. *huic* ΔΘp. *hic* ΞΩ—μ, uetus codex Sambuci: *hinc* ξ—ω, Bothius. *quid turbarum eſt* effeci ex *qui turbare* ΔΘp, quoniam ē pingi *eſt*, per *t* ſcribi *quit* ſolitum. *quid turbare eſt* Ωζη. *quid turbae eſt* βγδεςϑι. *quid turbeſt* κλμ, uet. cod. Meurſii Exc. cr. cap. 1. *quid turbae* uet. cod. Sambuci. *quid turbe* Ξ. *qui turbat* ξ—ω, defenſum a Meurſio. (*neſcio*) *quis* (olim *qui*) *turbare* Bothius, de infinitiuo hiſtorico cogitans. *qui huc it* Θξπψω. *quin hinc* ΞΩ—μ, uet. cod. Meurſ. *BA*. *quin hinc* uet. cod. Samb.

decedamuſ ΔΘpΞΩ—ςϑιω, uet. cod. Samb. *decedimus* ζκλμ, uet. cod. Meurſ. *decidimus* η. *decedamus ſoror* ξπψ. De iambico cogitarem ſic ſcribendo *Simul huic neſcio quid túrbarum éſt, qui huc núnc it: décedámus*, (nam *nunc* ſcribi *nē* ſolitum,). ſi iambicos numeros habuiſſe etiam ultimus uideretur, qui eſt aperte trochaicus. Quapropter uide ne a deterioribus libris ſtandum ſit in altera uerſus parte: *Simul huic néſció quid túrbarum éſt: quin hinc decédimús?* Quanquam poſſis etiam: *Simul huic néſcio-quid turbárumſt, qui huc it: quin decedimus?* Nam *hinc* non neceſſarium pro *huic*, quod refertur ad aduenientem Piſtoclerum.

75. *BACCH*. ξ—ω. om. ΞΩ—μ. *hac* ΞΩ—ω. *hanc* Θp. *lectum*] *tractum* η.

Actus I. Scena II.

Liduſ Θ et ſic per totam ſcenam. *ſeruuſ et* Θ. om. ω. *ſeruuſ* ΞΩ—ιξπψ. *paedagogus* κλμ. *adoleſcenſ* Θζηκ—ψ. om. ω. *aduleſcenſ* ΞΩ—ςϑι.

1. *LIDVS* praemittit Θ. *Iandudum* ζηκλμ. *piſtochlere* βγδ. 2. *tu* ΔΘpΞΩ—μω. *tute* ξπψ. Ego potius *Inſpectans* Plautum ſcripſiſſe puto.

Namque ita me di ament, ut Lycurgus mihi quidem
Videtur posse hic ad nequitiam adducier.
Quo nunc capessis te hinc aduersa uia
Cum tanta pompa?

PISTOCLERVS.

Huc.

LYDVS.

Quid huc? quis istic habet? [81]

PISTOCLERVS.

Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium,
Iocus, Ludus, Sermo, suauis Sauiatio.

LYDVS.

Quid tibi commerci est cum dis damnosissumis?

PISTOCLERVS.

Mali sunt homines, qui bonis dicunt male.
Tu dis nec recte dicis, non aequum facis.

---

3. *Namque* Θ, Pal. Sciopp. *nanque* Ξζηκλμ. *nam* Ω—ϛϑιξ—ω. *di* Θκλμ. *dii* ΞΩ—ιξ—ω. *ut lygurguſ* ΔΘp. *ut ligurguſ* Θ. *lycurgus, ut* ζηκλμ. 4. *poſſet* ζηκλμ. 5. *te* ΔΘp ΞΩ—ϛϑιπω. *tu te* Κζηκλμ, Meurſius Exerc. cr. c. 1. *tete* ξ. *teted* Gulielmus Veriſimil. I, cap. 22., Scioppius Suſp. Lect. I, 11., ψ. *ted* Bothius. *aduerſa* ΔΘpΞΩ—ιξπ. *aduorſa* κλμψω. *uia*] *aui* Gulielmus, Scioppius. 6. Aut *PIST.* aut *PISTOCLERVS* Θ per hanc ſcenam. *huclidusquid* Θ. *quid*] *quid tibi* ζηκλμ. *qui iſtic* Bothius. Fort. *quis iſti.* *habet*] *habitat* Ξ.
8. *ſauiatio* „ΔΘp, niſi quod Δ initio *ſuauiacio.* ut et u. 12." ΞΩζηκλμψ. *ſuauiatio* β—ϛϑιξπω. Idem uerſus redit Pſeudol. I, 1, 63., ubi item *ſauiatio* ΔΘpΞΩ. 9. *commerci eſt* Pal. Sciopp. *commercii eſt* Θζηξπω. *commerciſt* κλμψ. *commertii eſt* ΞΩ—ϛϑι. *diſ* Pal. Sciopp. κλμψ. *diiſ* ΘΞΩ—ιξπω. Delendum cenſuit Gronouius. *damnoſiſſumis* κλμψω. *damnaſiſſimuſ* Θ. *damnoſiſſimiſ* ΞΩ—ιξπ. 10. *Mali*] *Mihi* ι. 11. *diſ* ΘΩ—ϛϑ—ω. *diiſ* Ξζη. *nec recte diciſ non* ΔΘpΞξ—ω. *nec dicis recte nec* Ω—μ. *nerecte dicis, non* Meurſius. *aequum* ΘΩ—ιξπ. *equum* ΔΞ. *aequom* κλμψω.

LYDVS.

An deus est ullus suauis Sauiatio?

PISTOCLERVS.

An non putasti esse umquam? o Lyde, es barbarus,
Quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem.
I, stultior es barbaro Poticio,
Qui tantus natu deorum nescis nomina. [91]

LYDVS.

Non hic placet mihi ornatus.

PISTOCLERVS.

Nemo ergo tibi
Haec apparauit: mihi paratum est, quoi placet.

LYDVS.

Etiam me aduersus exordire argutias?
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet.

---

12. *ſauiatio* Ξκλμψ. *ſauitio* Θ. *ſuauiatio* Ω—ιξπω. Vid. ad u. 8. 13. *umquam* ΔΘρψ. *unquam* Ξζηκ—π. *nunquam* Ω—ϛϑι. *nimiumquam* ω de coni. Gruteri. *o lyde* Ξδεϑι—ω. *olide* ΘΩβγϛ. 14. *talem* Θ. 15. *i ſtultior* ΔρΘψω. *.i. ſtultior*, uocali utrinque punctis cincta, Δg. Vnde *idem ſtultior* ξπ. *iſ ſtultior* ΘρΞΩ—ϛϑ, etiam Pal. Sciopp., quod fallax teſtimonium tranſit in Suſp. Lect. II, 7. *his ſtultior* ι. *ſed his ſtultior* ζη. *ſed is ſtultior* κλμ. *is en ſtultior* Scioppius, cui falſa tribuit Bothius. *eſ barbaro* ΘΞδεζ—ω. *eſt barbare* Ωβγϛ. *poticio* ΔΘρΞζ(„ex codd. antiq.")ηκ—ξω. *potitio* ψ. *potio* Ωβγϛ. *putito* δεϑ de coni. Sarraceni. *porro* ι de coni. Pii, qui uoluerat *Porro*. *Putitio* Feſtus p. 200. Lind. (ſeruatis in codice ſyllabis [ſtul]*tior eſt barbaro*) ex Paul. Diac. p. 118. 18. *haec* ΔΘρξπψ. *hec* Ξ. *hoc* Ω—μ. *hunc* Bothius et mox *paratuſt*. *apparauit* ΔΘρΞΩδ(de coni. Sarraceni) κ—ω. *aparuit* βγϛ. *apparuit* ζηϑ. *adparuit* ι. *paratum eſt* ΘΞΩ—ιξπω. *paratumſt* ψ. *paratuſt* κλμ, Bothius. Imperſonaliter uſurpatum eſt. *quoi* Δ, Pal. Sciopp. κλμψω. *cui* ΘρΞΩ—ιξπ. *placet* ΔΞΩ—ω. *licet* Θρ. 19. *aduerſuſ* ΘΞΩ—ιξπ. *aduorſus* κλμψω. *arguciaſ* Δ. 20. *Qui ſi*] *quaſi* Ξ. *quoi, ſi* Bothius, referens illud ad *mutum eſſe*.

PISTOCLERVS.

Non omnis aetas, Lyde, ludo conuenit.
Magis unum in mentest mihi nunc, satis ut commode
Pro dignitate opsonii haec concuret cocus.

LYDVS.

Iam perdidisti te atque me atque operam meam,
Qui tibi nequiquam saepe monstraui bene?

PISTOCLERVS.

Ibidem meam operam perdidi, ubi tu tuam: [101]
Tua disciplina nec mihi prodest neque tibi.

LYDVS.

O praeligatum pectus!

PISTOCLERVS.

Odiosus mihi es.
Tace atque sequere, Lyde, me.

LYDVS.

Illuc sis uide:
Non paedagogum iam me, sed Lydum uocat.

---

21. *non*] *nun* β—ϛ. *etaſ* Ξ. *lide* ΔΘp. Vide ad u. 1. 22. *menteſt* Pal. Sciopp., κλμψ. *mente eſt* ΘΞΩ—ιξπω. 23. *opſonii* ΔΘp, Pal. Sciopp. *obſonii* ΘΞΩ—ω. *concurret* Ξπ. *cocuſ* ΔΘpΞω. *coquus* Ω—ι, κ altera, μπψ. *coqus* κλξ. 25. *nequiquam* Θψ. *nequicquam* ΞΩ—πω. Illam formam ſeruauit Feſtus p. 177. Lind. *ſepe*] ΘΞ. *monſtraui* ΔΞΩ—ω. *monſtrauit* Θp. 26. *meam operam* ΘΩ—μ. *operam meam* Ξ. *ego meam operam* ξπψω, Soſipater Chariſius p. 181, 13. afferens *Ibidem — tuam.* Vt, num in Δ ſit *ego*, non liqueat. 27. *neque* ΘΞ. *nec* Ω—ω. 28. *praeligatum* ξ—ω, „Δ antea, ſed deinde *religatum*; *perligatum* Θp." *perreligatum* Ξ, Pal. Sciopp. *preligatum* Θ, quod etſi eſt *perreligatum*, tamen ſincerae ſcripturae deprauationem declarat. *perligatum* Ω—μ. *mihi eſ* ΘΞΩ—πω. *mihi's* ψ. 29. *atque* Θζηκ—ω. *ac* ΞΩ—ϛϑι. *lide* Θ. *ſiſ* ΘΞζ(de coni. Pii)ηι—ω. *ſcis* Ω—ϛϑ. 30. *paedagogum* δεζηϑκ—ω. *pedagogum* ΔΘΞΩβγϛι. *lidum* Θ.

PISTOCLERVS.

Non par uidetur neque sit consentaneum,
Cum hic intus sit et cum amica accubet,
Cumque osculetur et conuiuae alii accubent:
Praesentibus illis paedagogus una ut siet.

LYDVS.

An hoc ad eas res obsonatum est, obsecro?

PISTOCLERVS.

Sperat quidem animus: quo eueniat, dis in manu est. [111]

LYDVS.

Tu amicam habebis?

PISTOCLERVS.

Quom uidebis, tunc scies.

---

31. Ante hunc Bothius collocauit uerſum 40. De Acidalio uid. ad u. 52. *uidetur* ΘΞζηκ—ω. *uidere* Ω—ςϑ. *uideri* ι de coni. Pii. 32. *cum haec intuſ ſit* Δpg. *cum haec intuſ intuſ ſit* Θpg, e quo *quom hic ipſus intus ſiet* effecit Bothius. *cum hic intuſ ſit* ΞΩ—ςϑι. *cum hic herus intus ſit* ζηκλμ. *cum herus hic intus ſit* ξπω. *quom erus hic intus ſit* ψ: ac sane *eruſ* tenere, non *heruſ* ΔΘ ſolent. Scribo *cum hic intus ſiet:* nam. *hic* tantundem atque *ego*. Nam *haec*, quod eſt in Palatinis, non habeo qui expediam. *cum amica* ΔΘgΞΩ—μω. *cum amica ſua* ξπψ. Scribo *úna cúm amica*, e uerſu 34. aſcito *una*. „*accubet* Δ, *accumbet* Θp.“ „*accumbet* Δ, *accubet* Θg.“ *accubet* ΘΞΩ—ςϑιξ—ω. *is accubet* ζηκλμ. Parum recte de hoc uerſu ſtatuit Kampmannus Obſeru. in Rudent. p. 10., peruerſe Ritterus Elem. gramm. lat. p. 151. 33. *cumque* Θξπω. *cunque* ΞΩ—ςϑι. *quumque* ζη. *quomque* κλμψ. *conuiuae* ΘΩ—ω. *conuiue* Δp. *cum conuiue* Ξ. *ali* ζηκ(non κ altera)λμ. 34. *preſentibuſ* Ξ. *paedagogus* δεζηϑκ—ω. *pedagoguſ* ΘΞΩβγςι. *ſiet* ΘΞζηκ—ω. *ſit* Ω—ςϑι. *Praeſénti iis paédagógus úna uti ſiet* olim coni. Bothius, *Praeſente ut p. una illis ſiet* idem nuper. Mihi ad u. 32. pertinere *una* uidetur, cui aſcriptum in margine per errorem huc transferebatur. 35. *obſonatum eſt* ΘΞΩδ—ιξπω. *obſonatum eſt* β. *obſonatum eſt* γ. *obſonatuſt* κλμ. *opſonatumſt* ψ. 36. *euenat* Bothius. *diſ* Θψ. *diiſ* ΞΩ—πω. *manu'ſt* ψ. 37. *cum* ΘΩ—πω. *quom* Ξψ. *tunc* Δψ. *tum* ΘpΞΩ—πω.

LYDVS.

Immo neque habebis neque sinam: iturus sum domum.

PISTOCLERVS.

Omitte, Lyde, ac caue malo.

LYDVS.

Quid? caue malo?

PISTOCLERVS.

Iam excessit mihi aetas ex magisterio tuo.

LYDVS.

O barathrum, ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens!
Video nimio iam multo plus quam uolueram:
Vixisse nimio satiust iam, quam uiuere.
Magistron quemquam discipulum minitarier?

---

38. *Immo* ΘΞΩ—ψ, *imo* ω, utrique conſtanter. Quod ſemel monuiſſe ſatis ſit. *neque ſinam* ΘΞ, Pal. Sciopp. *nec ſinam* Ω—ω. *iturus ſum domum* ΘΞΩ—ω. *i tu rurſum domum* Scriuerius. (*sinám* :) *iturū's domum?* Bothius, ictibus propter interpunctionem perincommodis. Nec neceſſario falſa prima perſona: *iturus ſum domum*, ut *dicam patri:* ut eſt infra III, 2, 15. Cf. mox u. 49. Sed tamen neſcio an praeſtet aut *néque ſinam intus in domum* aut *n. ſ. intra iſtám domum.* 39. *lide* Θ. 40. *etaſ* Ξ. *magiſterio* ΔΘpgx — ω. *magiſtratu* ΞKΩ—ι, probatum Meurſio p. 124., Grutero Suſpicion. lib. I, c. 9. De Acidalii transpoſitione uid. ad u. 52. 41. *barathrum* πψω. *baratrum* ΔΘp ΞΩ—ξ. *nunc*] *tu* π. 42. *nimio iam*] *nimirum* Bothius.
43. *ſatiuſt iam* ΔΘgψω, Scioppius Suſp. Lect. I, 17. „*ſaciuſ* ΔΘp." „*iam* ΔΘp," Pal. Sciopp. *ſaciuſ eſt iam* Θ. *ſatius eſt* ΞΩ —μπ. *ſatiuſt* ξ. 44. *magiſtron* ΘΞx—ω. *magiſtrum* Ω—ι.
quenquam ζxλμ. *quēquā* Θ. *quemquam* ψ. *quāquā* Ξ. *quenque* Ωη. *quēque* βγ. *quemque* δεςθι.

Nihil moror, discipulos mihi esse iam plenos sanguinis.
Valens afflictat me uaciuom uirium! [121]

PISTOCLERVS.

Fiam, ut ego opinor, Hercules, tu autem Linus.

LYDVS.

Pol metuo magis, ne Phoenix tuis factis fuam,
Teque ad patrem esse mortuum renuntiem.

PISTOCLERVS.

Satis historiarum est.

LYDVS.

Hic uereri perdidit.
Compendium edepol haut aetati optabile

---

45. *nil ζηκλμ.* *moror*] *morū* Θ. Vnde coniicio ſcriptum fuiſſe *moro*, quam formam Diomedes teſtatur p. 859., ſenariumque ſic inſtauro: *Nil móro diſcipulos mi éſſe iam plénos ſanguinis*: pro pyrrhichio enim *eſſe*. Alioqui *mŏror* una ſyllaba efferendum. Trochaicum uerſum ueteris poetae ſcenici agnoſcere Bothius ſibi uiſus: *Nil morór, diſcipulos éſſe mihi tam plénos ſánguinis.* *iam*] *tam* ζηκλμ. 46. *ualenſ* Θζηκ—ω. *calenſ* ΞΩ—ςθι. *afflictat* ΔΘpΞΩ—ξπ. *adflictet* ψ, Acidalius p. 196. *afflictet* ω. *uaciuom* Δξ—ω. *uacuum* ΘpΞΩ—ςθι. *nunc uacuum* ζηκλ. *nunc iam uacuum* μ. *uirum* Ξ. 47. *Fiam ut ego* Δξ—ω. *fiamutetego* Θp. *Eya nunc eſſe ego* Ξ. *Eia nunc eſſe egod* K Meurſii (quem tamen de ſuo adieciſſe *d* ſuſpicor) p. 124. *Eia nunc eſſe ego* Ω—μ, Vaticani Lipſii Antiqu. Lection. II, 7. *Fiam ego ut* Acidalius. *ercules* Θ. *lynuſ* Ξ. 48. *factiſ* ΔΘpΞΩ—ω. *fatis* Meurſius. *fuam* Ξξ—ω. *ſuam* Θ. *fiam* Ω—λ, et transponens *factis fiam tuis* μ. 49. *renuntiem* ΘΞζκλμψ. *renunciem* Ω—ςηθιξπω. 50. *hiſtoriarum eſt* ΘΞΩ—ξω. *hiſtoriarumſt* πψ. *LYD.* om. Ω ſola. *uereri*] *ueri* μ. *uel hic ueri perdidit compendium* coni. Sarracenus. 51. *compendium* ΔΞζηκ—πω. *compedium* Θp. *cōpendium* Ω—ςθι. *conpendium* ψ. *aedepol* δεζηθκλμπ. *haut* „Δ antea, poſtea *haud*." ψ. *aut* Θp. *haud* ΞΩ—πω. *etati* Ξ. *obtabile* γ.

Fecisti, cum istanc nactu's inpudentiam.
Occisus hic homo est. Ecquid in mentem est tibi,
Patrem tibi esse?

PISTOCLERVS.

Tibi ego an tu mihi seruus es?

LYDVS.

Peior magister te istaec docuit, non ego.
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior, [131]
Quam ad illa, quae te docui, ubi operam perdidi.

PISTOCLERVS.

Istactenus tibi, Lyde, libertas datast
Orationis: satis est. Sequere hac me ac tace.

---

52. *cum* ΘΞΩ—ϛθιξπω. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *nactuſ* Θξ—ω. *nactuſ eſ* ΞΩ—μ. *inpudentiam* Θψ. *impudentiam* ΞΩζηκ—πω. *ĩpudentiam* βγδϛθι. Hinc ſic transpoſuit Acidalius p. 196.: uerſ. 52. 60. 61. 58. 40. 53—57. 59. 53. *occiſus*] *ociosus* Σ. *homo eſt* ΔΘρΞΩ—ιξω. *homoſt* κλμπψ. *homo es* Meurſius p. 124. *ecquid*] *et quid* Θ. *in mentem* ΔΚψω. *in mente* ΘρΞΩ—π. Falſo igitur Scioppius mſ. „*mentem* mſ. 2.“ et Suſp. Lect. I, 17. „*mentem* uolentibus duobus ſcriptis libris.“
54. *an* ΘρgΞΩ—μ. *aut* Δρgξπω. *haut* ψ de Gruteri coni. *Aut* etſi non caret defenſione, tamen, bis ſcripta *t* littera, facillime oriri ex *an* potuit. *ſeruuſ* ΘΞΩ—ιξπ. *ſeruos* κλμψω.
55. *iſtec* ΞΩ. *iſta et* Θ. *iſthaec* ζηψ. 56. *nimio eſ* ΔΘρ „niſi quod Δ initio habuit *aeſtu.*“ *nimio docilior* affert Soſipater Chariſius p. 186, 14. 57. *quae*] *que* ΘΞ. 58. *Iſtactenuſ* ΘΩξ—ω. *Iſthactenus* β—μ. *Iſta hactenuſ* Ξ. *Iſtec tenuſ* Δ, ut uidetur: uid. ad u. 61. „*libert. d.*] Ita Δ, at Θρ ſic: *Iſtactenuſ ubi id delibertaſ data eſt.*“ *data eſt* etiam Ω—ιξπω. *dataſt* Ξκλμψ. 59. *orationis* cum prioribus primus tacite coniunxit Meurſius p. 125., quum in κλμ diſtingueretur *dataſt. Orationis, ſatis eſt.*, antea autem et inde a ξ *data eſt. Orationis ſatis eſt.*, praeterquam quod ψ *eſt?*. *hac me* Bothius. *me hac* Δξπψ. *me* ſine *hac* Θρ. Immo apertiſſime *me hac* Θ: ut binos Palatinos permutaſſe Pareus uideatur ſimiliter ac u. 32. *me* ΞΚΩ—μω.

LYDVS.

Edepol fecisti furtum in aetatem malum,
Quom istaec flagitia me celauisti et patrem.

CHRYSALVS SERVVS.

Erilis patria salue, quam ego biennio,
Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio lubens.
Saluto te, uicine Apollo, qui aedibus
Propinquus nostris accolis, ueneroque te!
Ne Nicobulum me sinas nostrum senem

---

60. *aedepol* δζηθκλμπ. *fuſtum* Ξ. *in aetatem* Θp, et Δg poſteriore loco (quode mox dicetur), ubi *in etatem* Δp. Vnde *in aetatem* ψω. *in aetate* Δpg priore loco, ſuſceptum in ξπ. *aetati* KΩ — μ. *in archectum* Ξ. 61. *Quom iſtaec* κλμψω. *Quom iſtec* Ξ. *Quum iſtec* Ω. *Quum iſtaec* β — ςθι. *Quum iſthaec* ζη. *Cum iſtec* Θ. *Qum* ξπ et ut uidetur Δ. Nam ſic Pareus: „Nota quod in Δ hi duo uerſus poſtremi praeponantur duobus antecedentibus: quando caſu quodam traiecti ſunt ad ſcenam ſequentem: et àb eodem ſcriba rurſum expuncti: hoc ordine: *Edepol feciſti* —— *Qum iſtec flagit* —— *Iſtec tenus* —— *Orationis ſatis eſt* ——“. Nihil turbat Θ.

Actus II. Scena I.

Chryſaluſ Seruuſ ΘΞΩ — ιξπψ. *Chryſalus Seruos* κλμ. *Chryſalus* ω. 1. *Eriliſ* ΔΘpψ. *Herilis* Ω — πω. 2. *oſtquam* β. *effeſum* Δ. *efeſum* Θp. *ephebum* Ξ. *abii* ΘΞΩ — ω. *abii, nunc* Kξηκλμ, probatum Meurſio cap. 2. p. 125. *abiui* olim Bothius. 3. *apolle* Θp. *edibuſ* Θ, et qui tantum non ubique *e* pro *ae* habet Ξ. 4. *propinquuſ* ΔΩ — ιξ — ω. *propinquos* κλμ. *propinquiſ* ΘpΞ. *accoliſ* Θp. Voluit, quod eſt in Θ, *accolliſ*. *ueneroque* ΔΘp (in Δ tamen rec. man. *r* ſuperimpoſito) Ωιψω. *uenero quae* β — ςθ. *uenerorque* ζηκ — π, idemque coniecerat Sarracenus. 5. *nicobulum* Θξ — ω. *nicobolum* ΞΩ — μ. *me* poſt *prius* traiiciunt ζηκλμ.

Prius conuenire, quam sodalem uiderim
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistolam
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

PISTOCLERVS ADOLESCENS. CHRYSALVS SERVVS.

PISTOCLERVS.

Mirum est me, ut redeam, te opere tanto quaesere,
Qui abire hinc nullo pacto possim, si uelim:
Ita me uadatum amore uinctumque adtines.

CHRYSALVS.

Pro di inmortales, Pistoclerum conspicor:
O Pistoclere, salue.

PISTOCLERVS.

Salue, Chrysale.

---

7. *Piſtocleron, ad quem epiſtolam* ζηκλμ. *quem ad* ΘΞΩ δ(de coni. Sarraceni)εθιξ—ω. *quam ad* βγς. 8. *mneſilochiſ* Θ. *mneſilocus* βςζ,κ altera. *bachide* ΔΘρ „et hic et deinceps."

Actus II. Scena II.

Adoleſcens om. κλμω. *Chryſaluſ Seruuſ* ΘΞζηξπψ. *Charinus Seruus* Ω. *Charinus ſeruus.* *Chryſalus* βγς. *Seruus Chryſalus* δθ. *Chryſalus* ικλμ: delendum Charini nomen Pius dixerat.

1. *PIST.* om. ΘΞΩ—ω.

Mirum eſt ΘΞΩ—ιξπω. *Mirumſt* ψ. *Miruſt* κλμ. *me* ΘΞΩζηκ—ω. om. β—ςθι. *quaeſere* ξ—ω. *queſere* ΔΘρ. *quererε* ΞΩβγςι. *quaerere* δζηθκλμ. 2. *ullo* κ· altera. 3. *uictumque* Ξ. *adtineſ* ΔΘp, Pal., Ξψ. *attines* Ω—πω. 4. *CHRYS.* om. Θ. *pro* ΘΞψω. *proh* Ω—π. *di inmortaleſ* Θφ. *dii immortaleſ* ΞΩ—πω. *chriſale* ΔΘp. *chryſale* Θ: uid. ad u. 12.

CHRYSALVS.

Compendii uerba multa iam faciam tibi.
Venire tu me gaudes: ego credo tibi.
Hospitium et coenam pollicere, ut conuenit,
Peregre aduenienti: ego autem uenturum adnuo.
Salutem tibi ab sodali solidam nuntio:
Rogabis me, ubi sit: uiuit.

PISTOCLERVS.

Nempe recte ualet?

CHRYSALVS.

Istuc uolebam ego ex te percontarier.

PISTOCLERVS.

Qui scire possum?

CHRYSALVS.

Nullus plus.

PISTOCLERVS.

Quemnam ad modum?

CHRY-

---

6. *compendii* ΔΘρgψω. *compendi* π. *compendio* ΞΩ—ξ. 7. *uenire* ΘΞζηκ—ω. *ueni* Ω—ςθι. *ueniſſe tu me gaudes* in priſcis exemplaribus eſſe ait Pius. 8. *hoſpitium* Θp. *hoſpicium* Δι. *cenam* ΘΞψ. *pollicē* Ξ. 9. *coenam peregre aduenienti* affert Soſipater Chariſius p. 189, 45. *ego*] *PI. ego* δθ. *adnuo* ΔΘpΩ—μψ. *annuo* Ξξπω. 10. *tibi* om. ξ altera, π. *nuntio* ΔΘpΞπψ. *nuncio* Ω—ξω. 11. *me ubi ſit? uiuit. PI. nempe* ΔpgΘg. *me ſed uiuit. PI. nempe* Θp. *me ſed uiuit. Piſtocleruſ nempe* Θ. Cum Δ conſentiunt ΞΩ—ψ. *me ubi ſit. PI. uiuitne et* Gulielmus Plaut. Quaest. c. 4. p. 157. *me ubi ſit. PI. uiuit. nempe* ω, et prius Taubmannus. 12. *Chriſaluſ* Θ, et aut ſic aut *Chriſ.* deinceps per totam ſcenam proximaeque uerſus 59. priores. *ex te* ΔΘpg: exciderat in ψ. *percontarier* ΔΘpΞΩ—ψ. *percunctarier* ω poſt Taubmannum. 13. *quemnamadmodum* ΘΞζ(„ex codd. antiq.“)ηκ—ω. *quemadmodum* Ω—ςθι.

CHRYSALVS.

Quia si illa inuenta est quam ille amat, uiuit recte et ualet;
Si non inuenta est, minus ualet moribundusque est,
Animast amica amanti: si abest, nullus est;
Si adest, res nullast, ipsus est nequam et miser.
Sed tu quid factitasti mandatis super?

PISTOCLERVS.

Egon ut, quod ab illo adtigisset nuntius,

---

14. *ſi* ΔΘpg, Pal., ΞΩ — ξψω. om. ξ altera, π. *inuenta eſt* ΘΞΩ — ιξπὼ. *inuentaſt* κλμψ. *ille* ΘΞΩ — ςϑιξ — ω. om. ζηκλμ, Acidalius c. 3. p. 197., Bentleius in Terent. Heautont. II, 3, 3. *recte et* ΘΞξ — ω. *et recte* Ω — ςϑι. *recte* ζηκλμ. Quoniam uix uidetur ferri haec pronuntiatio poſſe: *quam ille amat, uiuit recte ét ualet*, ut in unam ſyllabam *uiuit* coaleſcat: Bothiano inuento *quam ille amat, recté ualet* uel propter ordinem uerborum Palatinum praeſtiterit Bentlei iudicium ſimpliciter *recte* delentis. Quanquam fortaſſe placeat cuipiam *quam ille amát, uiuit, ualet*. Cf. II, 3, 12. 15. *inuentaſt* κλμψ. *minuſ* ΘΞζηι(de coni. Pii)κ — ω. *nimis* Ω — ςϑ. *moribundúſque eſt* ΔΘpg, Pal., Ω — μ. *moribundus uſque'ſt* ψ, inconſulto puto iterans *us*. *moribundus eſt* ξ — ω, Bentl. De *s* littera in ultimo pede nunquam abiecta Hermanni praeceptum tribus exemplis impugnare Kampmannus animum induxit Obſſ. in Rud. p. 16. 16. *animaſt* ΔΘpπ. *anima eſt* ΘΞΩ — ξψω. *amanti amica* citat Bentleius. *ſi* ΘΞΩ — ςϑιξ — ω, Bentl. *ſi ea* ζηκλμ, prob. Acidalio. *nulluſt* ψ, inuitis ΔΘg. 17. *reſ nullaſt* κ — ω. *reſ nulla eſt* ΘΞζ(„ex codd. ant.“) η. *res: nullus est* Ω — ςϑ. *reapſe nullus eſt* ι de coni. Pii. *ipſiuſ* Θ. 19. *quod ab illo adtigiſſet* Δpψ. *quid ab illo attigiſſet* Θp, Ω — ςϑ. *quod ab illo attigiſſet* ΔΘg, „2 mſs. Pal.“ *quod ab illo attigiſſet* ΘΞω. *quod attuliſſet ab illo* ζηκλμ. *quid ab illo attuliſſet* ι de coni. Pii, alibi ſic ſcribi narrantis. *quod ab illo attuliſſet* ξπ. Vide Sciopp. Suſp. Lect. I, 17. Ceterum hiatus eſt poſt penthemimerim, quoniam egon in ſenariis certe bis corripitur. *nuncius* Ω — ξω.

Non impetratum id aduenienti ei redderem?
Regiones colere mauellem Acheruntieas.

CHRYSALVS.

Eho, an inuenisti Bacchidem?

PISTOCLERVS.

Samiam quidem.

CHRYSALVS.

Vide quaeso, ne quis tractet illam indiligens:
Scis tu, ut confringi uas cito Samium solet.

PISTOCLERVS.

Iamne, ut soles?

CHRYSALVS.

Dic ubi ea nunc est, obsecro.

PISTOCLERVS.

Hic, exeuntem me unde aspexisti modo.

CHRYSALVS.

Vt istuc est lepidum: proxime uiciniae
Habitat. Ecquidnam meminit Mnesilochi?

PISTOCLERVS.

Rogas?

Immo unice unum plurimi pendit.

---

20. *inpetratum* ψ. *ei* ΘΞξ—ω. om. Ω—μ. 21. *religionesſ* Ξ. *colere* ΔΘpgΞβ—μ,ξ altera, πψω. *collere* Ω. *coleres* ξ (inconsulto), probatum Dousae Expl. II, 21. *acheruntidaſ* Ξ. *ego acheruntícas* ζηκλμπ. 22. *eho* ΘΞζηκ—ω. *eo* Ω—ςϑι. *bachidem* ΘΞ. 23. *queſo* ΔΘpΞ. *indilligens* Ω. 26. *unde* ΘΞζηκ—ω. *inde* Ω—ςϑι. *aſpexiſti* ΘΩ—πω. *adſpexiſti* ψ. *aſpexi* Ξ. 27. „*proxumae uiciniae* ΔΘp, non *proxume.*" Illud etiam ψω. *proximae uiciniae* Δgξπ, Chariſius p. 197, 36. ap. Putſch., ſed ut componatur cum *huc uiciniae* Terentiano. *proxime uiciniae* Θζη. *proxume uiciniae* κλμ. *proxume uicine* Ξ. *proxime uicine* Ω—ςϑι. 28. *ecquidnam* ζηκ—π. *et quidnam* ΔΘp, Pal., „Ms." g, ΞΩ—ςϑιω. *memini* κλμ. 29. *Immo*] *Im* (pro *eum*) coni. Meurſius c. 2. p. 125. *plurimi* ΘΞΩ—πω. *plurumi* ψ. *plurimique* Chariſius, afferens p. 197, 26. *immo — pendit.*

CHRYSALVS.

Papae!

PISTOCLERVS.

Immo ut eum credis? misere amans desiderat.

CHRYSALVS.

Scitum istuc.

PISTOCLERVS.

Immo, Chrysale, hem! non tantulum
Vmquam intermittit tempus, quin eum nominet.

CHRYSALVS.

Tanto hercle melior Bacchis.

PISTOCLERVS.

Immo...

CHRYSALVS.

Immo hercle abiero
Potius.

PISTOCLERVS.

Num inuitus rem bene gestam audis eri?

CHRYSALVS.

Non erus, sed actor mihi cor odio sauciat.
Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo,

---

pape ΔΘpΞ. 30. *cum* ΘΞΩ — ω. *eam* Acidalius in Curcul. c. 1. p. 106. *misere* ψ de coni. Acidalii p. 198. *miserae* ΔΘpg. *misera* ΔΘpgΩ — πω. 31. *scitum* Θξ — ω. *dictum* ΞΩ — μ. *chrisale* Θ. *hem non* ΘΞΩ — ω. *CHRYS. hem! PIST. non* Bothius, non incommode. *tantulum* Θζηκ — ω. *tantullum* Ξ. *tantillum* Ω — ςϑι. 32. *Vmquam* Θψ. *Vnquam* ΞΩ — πω. 33. *bachis* ΘΞ. *hercle abiero* ΘΞΩ — ςϑιξ — ω, defensum ab Acidalio p. 198. *abiero* ζηκλμ, Bothius. Qui cum deleri etiam *Bacchis* posse ait, rectius iudicare uidetur: nisi quidem in ea ipsa uoce aliud quiddam lateat. 34. *num*] *nun* ∂ϑ. *eri* et u. proximo *erus* Θψ. *heri* et *herus* ΞΩ — πω. 35. *erus*] *res* Bothius. 36. *eque* ΘΞ.

Nullam aeque inuitus specto, si agit Pellio.
Sed Bacchis etiam fortis tibi uisa est?

PISTOCLERVS.

Regas?
Ni nanctus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem.

CHRYSALVS.

Edepol, Mnesiloche, ut hanc rem natam esse intellego,
Quod ames, paratum est: quod des, inuento est opus.
Nam istoc fortasse aurum est opus.

PISTOCLERVS.

Philippeo quidem.

CHRYSALVS.

Atque eo fortasse iam opus est.

---

37. *nulla Ωβγς.* *aequae γ. eque Θ. ego Ξ.* *agit pellio ΔΘpg*, „Mſs. Pal.," *Ξψω. agit pelio Ω—ςϑι. eam agit pelio ζηκλ. eam agit pellio μξπ. agit Pollio* Bothius. Cf. Gulielm. Quaest. c. 1. p. 150. 38. *bachiſ ΘΞ.* *fortiſ ΔΘpΞΩβδ—ω. foris γ. formis* Meurſius p. 126. Vid. ad Mil. IV, 3, 13. *uiſaſt πψ.* 39. *nanctuſ ΔΘp*(niſi quod in Θ linea hodie *n* inductum eſt a rec. man.)*ψ. nactuſ ΞΩ—πω.* *eſſem ΘΞζηκ—ω. eſſe Ω—ςϑι.* *dicerem ΔΘgΞΩ—ω. ducerem* Lipſium ſecutus nuper Bothius. *ducerem* ueterem lectionem dicit Pius. *Iunonem eſſem hanc Venerem* tranſponit Meurſius p. 126., „contra ΔΘp." 40. *aedepol δζ—π.* *hanc rem ΔΘpΞΩ—ςϑιψ. rem hanc ζηκ—πω.* *eſſe* deleuit Bentleius in Ter. Adelph. III, 1, 8. Secutus Bothius. Ern. Schneidero delendum potius *hanc* uidetur. *intellego ΘΞκλμψω. intelligo Ω—ιξπ.* 41. *paratumſt ψ. paratuſt κλμ.* *inuentoſt κλμψ.* 42. *iſtoo ΔΘgω. iſthoc ψ. iſtic ΞΩ—π.* *aurum ΔΘpgψω. auro ΞΩ—π.* *eſt opuſ ΔΘpΩ—ςϑιω. opuſt ζηκλμψ. opus eſt ξπ.* *opus auro eſt* Bothius. *philippeo ΞΩ—ζϑ—ω. filippeo ΔΘp. philippo η.* Si nullas elegantias conſectemur, nihil mutare opus fuerit praeter *aurum eſt*, quod in Θ ſcriptum eſt *aurū ē.* 43. *CHRYS.* om. Ξ. *opuſt ψ*, fortaſſe recte, ut pronuntietur *iám opuſt.*

PISTOCLERVS.

Immo etiam prius.
Nam iam huc adueniet miles, et miles quidem,
Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.

CHRYSALVS.

Veniat, quando uult, atque ita, ne mihi sit morae.
Domi est: non metuo nec quoiquam supplico,
Dum quidem hoc ualebit pectus perfidia meum.
Abi intro, ego hic curabo; tu intus dicito,
Mnesilochum adesse, Bacchidi.

PIST.] *Chry.* Ξ. *immo*] *atque* π. *fortaſſe — prius* exſtant apud Soſipatrum Chariſium p. 188, 13. 44. *Nam*] *Mam* ι. *Piſto. Nam* Ξ. *huc*] *non* κ altera. *mileſ et mileſ* ΘΞζηκ — π. *miles* Ω — ςϑι. *miles. CHRYS. Et miles* ψω de coni. Gulielmi Quaeſt. c. 4. p. 157. „Perſonam non agnoſcunt ΔΘg.“ *quidem, Qui* ΘΩ — ϑκ — π. *quidam, qui* ι (de coni. Pii). *equidem, qui* Ξ. *quidem! PI. qui* ψω. *quidem? PI. qui* Bentleius in Ter. Heautont. III, 3, 44. 45. *amittenda* Δ et pr. man. Θp (in quo rec. m. ſupra ſcr. *d*), Ξζηι (de coni. Pii) κ altera, ξ — ω. *admittenda* Ω — ςϑκλμ. *bachide* ΘΞ. *hinc exiget* Bothius.
46. *ueniet* ι. *uult* ΘΞΩ — π. *uolt* ψω. *uuolt* κ altera. *mihi* ΘΞξ — ω. *ſibi* Ω — μ. 47. *domiſt* κλμψ. *quoiquam* Pal., κλμψ. *cuiquam* ΘΞΩ — ιξπω. *ego quoiquam* Bothius. De Reiziana ratione ſcribendum *quoiiquam*, ut ille *quoii* poſuit Rud. IV, 6, 3., itemque Wolfius in Turpilii uerſu ap. Cic. Tuſcul. IV, 34. Sed ego, etſi de *cūī* ſiue *quŏī* et *hūīc* (ut infra III, 3, 80.) aſſentior Conr. Schneidero Gramm. lat. I, p. 100. not., niſi quod duplex *i* in illis non magis agnoſcunt libri quam in *ēī*: tamen neſcio an illis formis non uſi ſint poetae niſi ſub ictu poſita paenultima. Nam in Milit. glor. II, 3, 80. pronuntiandum *Néque cuiquám quăm illi.* Itaque hic aut ſcribe *pol quoiquam* aut, quod magis placet, *quoiquam homini.* Plautus Pſeudolo I, 5, 92.: *Nunquam edepol quoiquam ſupplicabo, dum quidem Tu uiues.* Idem Captiuis IV, 1, 5.: *Nec quoiquam homini ſupplicare nunc certum eſt mihi.* 48. *pectus*] *pectuſ pectuſ* Θ. *perfida* δϑ. 49. *abintro* Θ. *dicito* Θζηκ — ω. *dicito nunc* ΞΩβγςϑι. *dicito nuuc* δ. 50. *mneſilocum* βγδςϑι. *bachidi* ΘΞ.

PISTOCLERVS.

Faciam, ut iubes.

CHRYSALVS.

Negotium hoc ad me adtinet aurarium.
Mille et ducentos Philippos attulimus aureos,
Epheso quos hospes debuit nostro seni:
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
Vnde aurum efficiam amanti erili filio.
Sed foris concrepuit nostra: quinam exit foras?

NICOBVLVS SENEX. CHRYSALVS SERVVS.

NICOBVLVS.

Ibo in Piraeeum, uisam, ecquae aduenerit
In portum ex Epheso nauis mercatoria.

---

51. *negotium* Θπψω. *negocium* ΞΩ—ξ. *me* ΘΞΩ—ςϑιω. *me nunc* ζηϰ—ψ. *adtinet* Θψ. *attinet* ΞΩ—πω. *ad med attinet hoc* tranſpoſuit Bothius. Cf. ad I, 2, 26. Praeſtiterit certe *negótium hoc ád med ádtinet.* 52. *philippoſ* ΘΩ—ω. *philippeoſ* ΞΣ. *philippum* Bothius e II, 3, 38. Audeo *Philippi* proponere h. e. *auri*, ut Trinum. IV, 2, 117. *attulimuſa ureos* Ω.
53. *aureos Epheſo, quos* ζηϰ—πω. (Priores nihil diſtinguunt.) *aureos, Epheſo quos* ψ, etiam Taubmannus, de Gulielmi ſententia Miſc. Quaeſt. c. 3. p. 320. 54. *machinabor machinam* ΘΞΩ—ψ. *macchinabor macchinam* ω. 55. *ecficiam* Bothius. *erili* ψ et a rec. man. *h* ſupr. ſcr. Θ. *herili* ΞΩ—πω. 56. *ſed* ΔgΞΩ—ω. *ſ* Θg. Vnde efficere *ſt* Gruterus uolebat. Sed in Θ eſt *ſ7.* *quinam*] *quin nam* μ.

Actus II. Scena III.

Nicobulus — *Seruus* om. Θ. *Nicobolus* ΞΩζηϰλμ. *Nichobolus* β—ςϑι. *Senex* om. ω. *Seruos* ϰλμ. om. ω.
1. *Ibo*] *bo* Θβ. *piraceum* δϑπ—ω. *piraeum* ΔΘgβ. *pireum* ΔΘρςι. *pireeum* Ωβγζη. *pyreaeum* ϰλμ. *pyreeum* Ξ. *ecquae*] *et quae* Θ.

Nam meus formidat animus, nostrum tam diu
Ibi desidere neque redire filium.

CHRYSALVS.

Extexam ego illum pulchre iam, si di uolunt.
Haud dormitandum est: opus est chryso Chrysalo.
Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem
Phryxi, itaque tondebo auro usque ad uiuam cutem.
Seruus salutat Nicobulum Chrysalus.

NICOBVLVS.

Pro di inmortales, Chrysale, ubi mihi est filius?

CHRYSALVS.

Quin tu primum salutem reddis, quam dedi? [211]

NICOBVLVS.

Salue. Sed ubinamst Mnesilochus?

CHRYSALVS.

Viuit, ualet.

---

4. *ibi*] *ubi* γ. *desidere* ΘΞζ („ex codd. ant.")ηκ—ω. *desidem* Ω—ςϑι. 5. *pulchre* ΘΞΩ—μω. *pulcre* ξπψ. *di* Θκλμψ. *dii* ΞΩ—ιξπω. 6. *haut* ψ. *dormitandum est* ΘΞΩ—ιξω. *dormitandumst* πψ. *dormitandust* κλμ. *opus est* ΔΘρΞΩ—μ. *opust* ψ. *est opus* ξπω. *chryso* ΘΩ—πω. χρύσῳ ΔΘρψ. χρυσῷ Bothius. *chrysalo* ΔΘpg, „2 mss. Pal." Ξψω, Scioppius Susp. Lect. V, 15. *chrysale* Ω—π. 7. *Adhibo* κλμ. *faciam hic* ΘΞΩ—ςϑιξπω. *hic faciam* ζηκλμ. *faciam* ψ, „praeter ΔΘg." 8. *phrixi* Ξ. *phrix* Θ. „*phryx* Pal." *itaque*] *ita* Bothius. *ita detondebo* Hieron. Grosslotius in marg. Dous. Sed *tondebo* ΔΘρΞΩ—ω. 9. *Seruus* ΘΞΩ—ιξπ. *seruos* κλμψω. *salutet* primo Θ, sed ut *e* in *a* mutatum sit ead. manu. *nicobolum* ΞΩζηκλμ. *nichobolum* β—ςϑι. 10. *pro* ΘΞΩψω. *proh* β—π. *di* ΘΩ—ζϑ—ω. *dii* Ξη. *inmortales* Θψ. *immortales* ΞΩ—πω. *mihist* κλμψ. 11. *Quuin* μ. *prius salutem* olim Bothius, *salutem primum* idem nuper. 12. *sed* om. π. *ubinamst* Δρψ. *ubinam est* ΘΞΩ—ω. *mnesilochis* Θ. *mnesilocus* β—ςϑι. *ubi mnesilochus nam est?* coni. Bothius.

NICOBVLVS.

Venitne?

CHRYSALVS.

Venit.

NICOBVLVS.

Euax, aspersisti aquam.
Benene usque ualuit?

CHRYSALVS.

Pancratice atque athletice.

NICOBVLVS.

Quid hoc, qua causa eum in Ephesum miseram?
Accepitne aurum ab hospite Archidemide?

CHRYSALVS.

Heu, cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur,
Istius hominis ubi fit quaque mentio.
Tun hospitem illum nominas, hostem tuum?

NICOBVLVS.

Quid ita, obsecro, hercle?

CHRYSALVS.

Quia edepol certo scio,

---

13. *afperfifti* Θβ—ξω, Sofipater Charifius p. 213, 42. citans *euax — aquam.* *afherfifti* Ω. *afperxifti* Ξ. *adfperfifti* πψ.
14. *benene* ΘΞΩ—πω. *benen'* ψ. *ufque* ΔΘpgΞδζηϑκ—πω. *ufquam* Ωβγϛιψ. *pancratice* Θζηκ—ω. *paneratice* Ξ. *pancratie* Ω—ϛϑι. *athelice* ι. 15. *caufa* ΘΞΩ—ιψ. *cauffa* κ—πω. *eum in* ΘΞΩ—ϛϑι. *illum in* ζηκλμ. *eum hinc in* ξ—ω. Vt de Δ res dubia fit: uide ad u. 81. Quapropter, ut nunc res eft, tolerandi hiatus. 16. *accaepit ne* ζη. *accipit ne* κλμ. *hofpide* Θ. 17. *Heu*] *eu* Θ. *crebrum* Ω. *nicobole* ΘΞϛζηι—μ. *nichobole* Ω—δϑ. 18. *quaque* ΔΘpΞΩ—ω.
19. *tun* ΘΞζηκμ—ω. *tu* Ω—ϛϑι. *tum* λ. *hofpiten* λ.
20. *obfecro hercle* „2 mfs. Pal.", ψω. *obfecro ercle* ΔΘp. *obfecro herele* Θ. *hercle obfecro* ΞΩ—π. *aedepol* δζηϑι—μπ. *certo* Δpψ. *certe* ΘpΞΩ—πω.

Vulcanus, Sol, Luna, Dies; dei quattuor [221]
Scelestiorem nullum inluxere alterum ....

NICOBVLVS.

Quamne Archidemidem?

CHRYSALVS.

Quam, inquam, Archidemidem.

NICOBVLVS.

Quid fecit?

CHRYSALVS.

Quid non fecit? quin tu id me rogas?
Primumdum infitias ire coepit filio,
Negare, se debere tibi triobolum.
Continuo antiquum hospitem nostrum sibi
Mnesilochus aduocauit, Pelagonem senem:

---

21. *Vulcanuſ* ΘΞΩ — ιξπω. *Volcanus* κλμψ. *luna, dieſ* ΔΘp(g)ΞΩβγϛιω. *luna: dis* δϑ de coni. Sarraceni. *dies: luna* ζηκλμ. *luna et dies* ξπψ. *dei*] *diei* Θ, Pal. *diui* probabiliter coni. Bothius. *quattuor* Θβκμ — ψ. *quatuor* Ξ, κ altera, λω. 22. *celeſtiorem* ι. *nullum* ΔΘpgΞKΩμω. *nullum hoc* ξπψ. *inluxere* Pal., Ξψ. *illuxere* Θ — πω. 23. *Quamne Archidemidem* ΔΘpgζ („ex codd. antiq.") ηψω, idemque coniectura aſſecutus Acidalius p. 198. *quamniarchidemidem* Θ. *quemne archidemidem* Ω — ϛϑι. *quemne? archidemidem* Ξκ — π. *quam inquam* Θζ („ex codd. ant.") ηξ — ω. *quem inquam* ΞK et omiſſo ſimul *CHRYS.* κλμ. *quem inquam me* Ω — ϛϑ. *quem inquamne* ι de coni. Pii.

NIC. Archidemidem? Quid fecit? iungere Meurſius uolebat Exerc. cr. p. 127. 24. *NICOB.* om. ΘΩβγ (ut in his bis loquatur Chryſ.) κλμ. Cf. Gulielm. Quaeſt. p. 158. *rogaſ* ΘΞδζηϑκ — ω. *rogis* Ωβγϛ. *roges* ι de coni. Pii. 25. *Primundum* Ξ. *NICOB. Primūdum* Θ, ut bis loquatur Nicobulus. *infitiaſ* ΔΘpπ. *inficiaſ* ΞΩ — ξψω. *coepit* Ω — πω. *cepit* ΘΞψ. 26. *ſe* ΘΞΩ — ϛϑιξ — ω. *ſeſe* ζηκλμ. *triobolum* ΘΞζ („ex codd. antiq.") ηκλμ. *triobulum* ξ — ω. *obolum* Ω — ϛϑι. 27. *antiquum* ΘΞΩ — ιξπ. *antiquom* κλμψω. *anticuum* Conr. Schneiderus Gramm. lat. I, p. 332. *hoſpitem* ΔΘpΞΩ — ϛϑιω. *ibi hoſpitem* ζηκ — ψ. 28. *mneſilochiſ* Θ. *mneſilocus* β — ϛι.

Eo praesente homini extemplo ostendit symbolum,
Quem tute dederas ad eum, ut ferret, filio.

NICOBVLVS.

Quid, ubi ei ostendit symbolum?

CHRYSALVS.

Infit dicere, [231]
Adulterinum et non eum esse symbolum;
Quotque innocenti dixit contumelias!
Adulterare eum aiebat rebus caeteris.

NICOBVLVS.

Habetin aurum? Id mihi dici uolo.

CHRYSALVS.

Postquam quidem praetor recuperatores dedit,
Damnatus demum, ui coactus reddidit
Ducentos et mille Philippum.

NICOBVLVS.

Tantum debuit.

CHRYSALVS.

Porro etiam ausculta pugnam, quam uoluit dare.

---

29. *presente* π. *ſimbolum* Θρ𝔛. Sic etiam u. 31. 32. 31. *inſit* Ω. 33. *quodque* Θ. 34. *eum*] *etiam* Bothius. *aiebat* 𝔛ι(de coni. Pii)κ—ω. *alebat* Θp. *agebat* Ω—ϑ. *aibat* Bothius. *caeteriſ* Θβ—ϑκλξψ. *ceteriſ* 𝔛επω. *exteris* Ωμ. Huc Acidalius p. 199. tranſpoſuit uerſum 46.: „contra ΔΘp.“ Sequitur Bothius. 35. *habet in aurum* ΔΘpg, (iunctis in Δpg *habetin* uocibus manu ſec.) Ωξ. *habet inaurum* Θ. Vnde *habetin' aurum* ρψω. *habet ni aurum* β—ςϑ. *habetne aurum* ζηι(de coni. Pii)κλ. *habetn' aurum* π. *habetne id aurum* Douſa in marg. *mihi primum* ξηκ—ω. *primum mihi* κ altera, Bothius. *mihi* ſine *primum* Θ𝔛Ω—ςϑ. Vt, num in Δ ſit *primum*, ualde dubitem. 36. *Poſtquam quidem*] *Nam poſtquam* citat Bentleius in Ter. Adelph. III, 4, 44. *pretor* ΔΘρ𝔛. 37. *demum*] *deotiu* Θ. 38. *Mille et ducentos* Bothius. *debuit?* κ—ψ „contra ΔΘg.“ Correxit Acidalius p. 198. 39. *etiam* Θ𝔛ζηκ—ω. *et* Ω—ςϑ.

NICOBVLVS.

Etiamnest quid porro?

CHRYSALVS.

Hem, accipe: trina haec nunc erit.

NICOBVLVS.

Deceptus sum: Autolyco hospiti aurum credidi. (241)

CHRYSALVS.

Quin tu audi.

NICOBVLVS.

Immo auidi ingenium haut pernoram hospitis.

CHRYSALVS.

Postquam aurum abstulimus, in nauem conscendimus,
Domum cupientes. Forte ut adsedi in stega,

---

40. *etiamneſt* Δϴp. *etiamne eſt* ϴΞΩ—ω. *etiam eſt* Bothius. Neſcio an corripere *quid* liceat: *etiamne quid pŏrro*: nam *eſt* in ϴ notatur ?. *hem*] *em* Δp. *trina haec nunc erit* ϴΞζη (,,alibi codicum ſic: *trina h. n. e.*" Pius.)κ—ω. *trinae h. n. e.* Ω—ςϑ. *trinae hae nunc erunt* coni. Sarracenus. ,,Sunt qui legunt *Audi tricha* [h. e. trica] *quae nunc erit*": Pius. 41. *Autolyco* ξ—ω, et ita alios legere notatur in η. *auiolico* ϴ. *a uilico* Ξ. *autolico* βγδςϑιμ. *aurilego* Ωεζηκλ, et ita etiam in illis duabus eſſe credo, quas Ebertus in Lex. bibliograph. II, p. 442. notauit n. 17159. et 17160.: quandoquidem Pius ſic legi ait in *codicibus primae impreſſionis*. 42. *immo*] *enim* coni. Bothius. *auidi*] *audi* Ω. *ingenium* ϴΞΩ—ω. *ingenii* ϴp. ,,*haut* Δp. initio, poſtea *haud* u. 43." (?) *haud* ϴΞΩ—πω. *haut* ψ. *pernorem* ι. *hoſpitiſ* ϴΞΩ—ω. *hoſpitiiſ* Δp. 43. *in nauem* ϴΞΩ—δξ—ω. *in nauim* κλμ. *in nauem ut* Bothius olim, *indu nauem* nuper. *conſendimus* Ω. 44. *domum*] *dum* λ. *adſedi* ϴΞΩ—μψ. *aſſedi* ξπω, Fulgentius Expoſ. ſerm. ant. p. 564, 5. afferens *forte — ſtega*. *conſedi* codex Leidenſis apud Oſannum Anal. crit. p. 165., cui cur idem legiſſe Fulgentius uideatur, non liquet.

forte ego ut in ſtega conſederam ex Baſileenſi a. 1535. idem profert Oſannus. *ſtega*] *geſta* μ, codex Romanus Longolii.

Dum circumspecto, atque ego lembum conspicor:
Longum est rigorem maleficum exornarier.

NICOBVLVS.

Perii hercle! lembus ille mihi laedit latus.

CHRYSALVS.

Is erat communis cum hospite et praedonibus.

NICOBVLVS.

Adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem,
Quom mihi ipsum nomen eius Archidemidis
Clamaret, dempturum esse, si quid crederem! [251]

CHRYSALVS.

Is lembus nostrae naui insidias dabat.
Occoepi ego obseruare eos, quam rem gerant.
Interea e portu nostra nauis soluitur.
Vbi portu eximus, homines remigio sequi,

---

45. *circunſpecto* $\delta\vartheta\iota,\varkappa$ altera. *adque* $\varDelta$p. *ego* $\varDelta\Theta$pΩ — $\vartheta\iota$. *ego tum* $\zeta\eta\varkappa$ — ψ. 46. *longumſt* $\pi\psi$. *eſt rigorem* $\varDelta\Theta$pg$\Xi\Omega$ — $\delta\varsigma$ — ω. *exoiſorem* *e*. *ſtrigonem* Salmaſius et Muretus Var. lect. XII, cap. 19. *ſtrigorem* uel *a ſtrigore* (et dein *malefico*) Dacierius ad Feſtum p. 684. Lind. *triconem* Acidalius p. 199., ſimul uerſum tranſponens: de quo dictum ad u. 34. 47. *hercle* $\Theta\Xi$ $\zeta\eta\varkappa$ — ω. om. Ω — $\varsigma\vartheta\iota$. *ercle* $\varDelta$p. *ledit* $\Theta\Xi\Omega\beta\gamma\varsigma\iota$. 48. *predonibuſ* $\varDelta$pΞ. 49. *me fuiſſe*] *me te fuiſſe* h. e. *eſſe fuiſſe* Θ. Fort. *med eſſe*. *crederem* om. Θ. Per errorem in ξ (non ξ altera) huc irrepſit u. 52., qui ſuo loco redit. 50. *Quom* $\varkappa\lambda\mu\psi$. *qum* $\varDelta$p. *quum* $\zeta\eta$. *cum* $\Theta\Xi\Omega$ — $\varsigma\vartheta\iota\xi\pi\omega$. 51. *dempturum* $\Theta\Xi$ $\zeta\eta\varkappa\lambda\mu\psi\omega$. *demturum* $\xi\pi$. *adempturum* Ω — $\varsigma\vartheta\iota$. *quid* $\Theta\xi$ — ω. *quod* $\Xi\Omega$ — μ. 52. *lembuſ noſtrae naui* $\varDelta\Theta$p$\Xi\beta$ — $\varsigma\vartheta\iota\omega$. *lembus noſtri naui* Ω. *noſtrae naui lembus* $\zeta\eta\varkappa$ — ψ. Miror Bothium non ſcripſiſſe *nauid*, et ipſe audeo: *lembus noſtrai naui*. De datiui forma diſtracta uide Conr. Schneiderum Gramm. lat. II, p. 23., Struuium de decl. et coniug. p. 8. 53. *occoepi* $\delta\zeta\eta\vartheta\varkappa$ — $\pi\omega$. *hoc coepi* Θ. *occepi* $\Xi\beta\gamma\varsigma\iota\psi$. *accepi* Ω. 55. *eximuſ* $\Theta\Xi\Omega$ — μ. *exiimus* ξ — ω. *remigio* $\varDelta\Theta$pg$\Xi\zeta\eta\varkappa\lambda\xi$ — ω. *remulco* Ω — $\varsigma\vartheta\iota$, „uett. codd." Meurſii Exerc. p. 127. *remulco* μ.

Neque aues neque uenti citius. Quoniam sentio,
Quae res gereretur, nauem extemplo statuimus.
Quoniam uident nos stare, occeperunt ratem
Turbare in portu.

NICOBVLVS.

Edepol mortalis malos!
Quid denique agitis?

CHRYSALVS.

Rursum in portum recipimus.

NICOBVLVS.

Sapienter factum a uobis. Quid illi postea? [261]

CHRYSALVS.

Reuorsionem ad terram faciunt uesperi.

NICOBVLVS.

Aurum hercle auferre uoluere: ei rei operam dabant.

CHRYSALVS.

Non me fefellit, sensi: eo exanimatus fui.

---

56. *quoniam* Ω—ω. *quom* Ξ. *qm̄* ΔΘp. 57. *gereretur* ΘΞζηι(de coni. Pii)κλμπω. *gerentur* Ω—ςϑ. *gererentur* ξψ. *nauim* κλμ. 58. *quoniam* ζηκ—πω et „per compendium" Θg. *quom* ΔpΞβ—ςϑψ. *qūo* Ω. *qum* Δg. *quem* Θp. *qm̄* Θ. *quon* ι. *quum iam* Gruterus. *occeperunt* ΘΞΩβγςιξ—ω. *occoeperunt* δζηϑκλμ.

59. *turbare in portu* ΔΘpΞΩ—ω. *turbare in ponto* luſit Acidalius p. 200., *urbare* (ſiue *uruare*) *in portum* Salmaſius, *inhibere in portu* Gronouius, *turbare inportune* Bothius. Vulgatum ſatis defendit Roſtius Plaut. Cuped. ferc. II, p. VIII. ſq. *edepol* ΔΘp ΞΩβγςω. *aedepol* δζ—μ. *heu edepol* ξψ. *heu aedepol* π. *mortaliſ* ΘΞΩ—ιξ—ψ. *mortaleis* κλμ. *mortales* ω. 60. Hinc Θ rurſum *CHRYS.* pro *CHRIS.* Vid. ad II, 2, 12. *portu* Ξ.

61. *uobiſ* ΘΞδεζ—ω (de coni. Pii). *nobis* Ωβγς. 62. *reuorſionem* Θκ—ω. *reuerſionem* ΞΩ—ι. 63. *ercle* Θ. *rei*] *re* Bothius. *dabant* om. Θ. 64. *ſenſieo* Θ. *eo exanimatus fui*] *ego exanimus fui* Bothius, tribuens Nicobulo.

Quom uidimus auro insidias fieri,
Capimus consilium continuo: postridie
Auferimus aurum omne illis praesentibus
Palam atque aperte, ut illi id factum scisterent.

NICOBVLVS.

Scite hercle! Cedo quid illi?

CHRYSALVS.

Tristes ilico,
Quoniam extemplo a portu ire nos cum auro uident,

---

65. *Quom uidimus* ſcripſi, quia *quō uidimuſ* eſt in Θ: uid. ad u. 70. *Qum uidimuſ* ΔΘp. „Aut *Qum uidimuſ* aut per compendium *Quoniam uidimuſ* ΔΘg.“ *Quom uidimuſ* Ξ. *Cum uidimus* Ωϛϑι. *Poſtquam nos uidimus* ξπψ. *Quum iam uidemus* Gruterus. *Quoniam uidemus* ω. *Quum* (*Quom* κλμ) *id uidimus* ζηκλμ, et hae quidem omiſſis *auro — fieri*. Sic enim notatum in marg. ζη: „*Auro inſidias filius*: gloſa erat et expoſitio potius quam textus quod indicat ſententia et ratio uerſus.“ Quem cum proximis sic coarctarunt:

Quum id uidimus: capimus conſilium continuo
Poſtridie auferimus aurum omne iis praeſentibus.

Ego ſuſpicatus eram poſt *auro* excidiſſe *nr̄o* h. e. *noſtro*, ſic ut uerſum metirer: *Quom uidimus auro noſtro inſidias fieri*; ſed nunc amplector propoſitum ab Ern. Schneidero *quoniam*, diſtractum Reiziano exemplo. 66. *poſt tridie* Θ. 67. *aurum* ΘΞΩ — μ. *inde aurum* ξ — ω. Vt, num in Δ ſit *inde*, ualde dubitem. *illis*] *illis* ζηκλμ. *prefentibus* ΔΘpΞ. 69. *Scite hercle*] *ſic ite hercle* Θ. *cedo* om. Ω ſola. *ilico* ΘΞΩζηψ. *illico* β — ϛϑ — πω. *eloco* Bothius. 70. *Quoniam* poſui, quia in Θ eſt *qm̄*, quo u. 56. 58. ſignificabatur *quoniam*, non *quom*, quod u. 65. notabatur *quō*. *qum* ΔΘp, Pal.: quo falſo teſtimonio ſuo deceptus *quom* propoſuit Scioppius Suſp. Lect. V, 15. receperuntque Taubmannus, φω poſt κλμ. *quum* ζη. *cum* Ω — ϛϑι. *quando* ξπ. *extempulo* Bothius deuitandi hiatus cauſſa, qui uel ſic tolerabilis: *quom extemplo a portu* || *ire*. Atque hoc haud ſcio an ipſe uſus loquendi poſtulet. *ire* ΘΞΩ — ϛϑιξ — ω. *abire* ζηκλμ, Bothius olim.

Subducunt lembum capitibus quassantibus. [271]
Nos apud Theotimum omne aurum deposuimus,
Qui illic sacerdos est Dianae Ephesiae.

NICOBVLVS.

Qui istic Theotimust?

CHRYSALVS.

Megalobuli filius,
Qui nunc in Epheso est Ephesiis carissimus.

NICOBVLVS.

Ne ille hercle mihi sit multo tanto carior,
Si me illo auro tanto circumduxerit.

---

71. *quaſſantibus* ΔΘpgΞΩ — ξψω, Seruius in Virg. Georg. I, 74. (citans *cap. qu.*) *caſantibus* π. 72. *apud* ΘΞΩ — ςϑιξ — ω. *ibi apud* ζηκλμ. *theotimum* Θ. *teotimum* Ξ. *depoſuimuſ* ΔΘpgΞΩ — μψω. *deponimus* ξπ. *depoſiuimus* Pal.: quo falſo teſtimonio ſuo Scioppius uſus Suſp. Lect. V, 15. fraudem fecit Bothio. Conf. Acidalium p. 201. 73. *ſacerdoſ eſt Dianae* ΔΘgΩ — ςϑιξπω. *ſacerdoſ eſt diane* ΘΞ. *ſacerdos eſt in dianae* ζηκλμ. *ſacerdoſt in Dianae* ψ. *eſt ſacerdos in Dianai* olim Bothius, transponens hunc uerſum poſt 74. Cf. Gulielm. Quaeſt. p. 159. *Dianai* iam ab Camerario propoſitum, non conuenit certe in Naekianum praeceptum, de quo uid. Diurn. ſcholaſt. a. 1831. p. 65. ſqq. *Epheſiae*] *et thireſie* Ξ. 74. *Theotimuſt*] *theotimus eſt* Ω — ω. *theothimuſ eſt* ΘΞ. *megalobuli* ΔΘgΞξπω. *megalobuſi* ΔΘp. *megalobuli* Θ. *megaloboli* Ω — ςϑ. *megabyzi* Kζηι (de coni. Pii) κλμ, Turnebus Aduerſ. XVIII, 31. *megalobuzi* ψ, Meurſius Exerc. cr. cap. 3. p. 128. 75. *Epheſo'ſt* ψ. *epheſiiſ* ΘΩζηκ — ω. *epheſis* β — ςϑι. In Ξ *epheſiiſ* ſit an *epheſuſ*, non prorſus liquet. *cariſſimuſ* ΘΞΩ — π. *kariſſimuſ* Δp, Pal., ψ. *chariſſimus* κ altera. *cariſſumus* ω. 76. *ne* ΘΞΩ — ςϑψ. *nae* ζηι (de corr. Pii) κ — πω. *ercle* Θ. 77. *illo* ΔΘp, Pal., ΞΩ — ςι. *illoc* ζηϑκ — ω. Vt multo confidentius ſcribam *med illo*. *circunduxerit* Ξκ — ξ.

CHRYSALVS.

Quin in ipsa aede Dianae conditum est:
Ibidem publicitus seruant.

NICOBVLVS.

Occidistis me!
Nimio hic priuatim seruaretur rectius.
Sed nihilne attulistis inde auri domum? [281]

CHRYSALVS.

Immo etiam. Verum quantum attulerit, nescio.

NICOBVLVS.

Quid? nescis?

CHRYSALVS.

Quia Mnesilochus noctu clanculum
Deuenit ad Theotimum, nec mihi credere
Nec cuiquam in naui uoluit: eo ego nescio,
Quantulum attulerit; uerum haud permultum attulit.

NICOBVLVS.

Etiam dimidium censes?

CHRY-

---

78. *in ipſa* ΔΘpΞΩ—ϛϑιω. *ipſa in* ζηϰ—ψ. *indu ipſa* Bothius, quod uereor ne non magis Plautinum ſit quam *in ipſad*. Scribe *in eapſe aéde Dianái*. Quanquam productae *i* uocalis Plautinum Terentianumue exemplum non magis exſtat quam neceſſario correptae. *ede* ΘΞ. *diane* ΘΞ. *diantae* Ω. *Dianai* Bothius. *conditum eſt: Ibidem* ΘΞΩ—ϛϑιω. *conditumſt: Ibidem* ψ. *conditum eſt ibi; Demum* ζηπ. *condituſt ibi: Demum* ϰλμ. *conditum eſt ibi: Ibidem* ξ. „Pro *ibi: Demum* in ΔΘp eſt *Ibidem.*“ *in aede Dianae publicitus aurum ſeruant* affert Soſipater Chariſius p. 190, 35. 81. *nihilne* ΘΞ. *nihil nam* Ω—ϛϑι. *uos nihilne* ζηϰ—ω. Vt de Δ non minus dubitem quam u. 15. 35. 67. *adtuliſtis* ψ ſola, et ſic etiam u. 82. 86. 83. *Qui neſcis?* Bothius. 84. *deuenit*] *peruenit* δεϑ. *teotimum* Θ. *teothimum* Ξ. 85. *cuiquam* ΘΞΩ—ιξπ. *quoiquam* ϰλμψω. 86. *quantulum* ΔΘp, Pal., ΞΩ—ϛϑιξ—ω. *quantillum* ζηϰλμ. *quantumne* ſcripſerat, *quantum illim* propoſuerat olim Bothius. *haut* ψ, item u. 88.

CHRYSALVS.

Non edepol scio;
Verum haud opinor.

NICOBVLVS.

Fertne partem tertiam?

CHRYSALVS.

Non hercle opinor; uerum uerum nescio.
Profecto de auro nihil scio, nisi nescio.
Nunc tibimet illuc naui capiundum est iter, [291]
Vt illud reportes aurum ab Theotimo domum.
Atque heus tu!

NICOBVLVS.

Quid uis?

CHRYSALVS.

Anulum gnati tui
Facito ut memineris ferre.

NICOBVLVS.

Quid opust anulo?

CHRYSALVS.

Quia id signum est cum Theotimo: qui eum illi adferet,
Ei aurum ut reddat.

---

87. *aedepol* δζ—μπ. 89. *non hercle* ΞΩ—ω. *ercle* ſine *non* Θ. *uerum uerum* ΘΞζηκ—ω. *uerum* Ω—ςϑι. 91. *nunc* ΔΘpg. „2 mſs. Pal.“, ψω, commendatum a Scioppio Suſp. lect. V, 15. *nae* Ω—π. *ne* Ξ. *capiundum eſt* ΘΩ—ιξω. *capiendum eſt* Ξπ. *capiunduſt* κλμ. *capiundumſt* ψ. 92. *theothimum* Θ. *teothimo* Ξ. 93. *anulum* ΔΘpΞΩ—ςϑ—μω. *annulum* ζηξπψ. 94. *opuſt* ξ—ω. *opuſ* Θ. *opuſ eſt* ΞΩ—μ. *anulo*] prorsus ut u. 93. 95. *ſignumſt* ψ. *theotimo* ΘΩ—ω. *teothimo* Ξ. *adſeret* ψ. *adſert* Θ. *affert* ΞΩ—μ. *afferet* ξπω.

Vt amantem erilem quopem facerem filium,
Ita feci, ut auri quantum uellet sumeret,
Quantum autem lubeat reddere, ut reddat patri.
Senex in Ephesum ibit, aurum arcessere:
Hic nostra agetur aetas in malacum modum,
Si quidem hic relinquet neque secum abducet senex
Med et Mnesilochum. Quas ego hic turbas dabo!
Sed quid futurum est, quom hoc senex resciuerit?
Quom se excucurrisse illuc frustra sciuerit,
Nosque aurum abusos? quid mihi fiet postea?
Credo hercle, aduenieus nomen mutabit mihi,
Facietque extemplo Crucisalum me ex Chrysalo.
Aufugero hercle, si magis usus uenerit;
Si uero reprehensus, macto ego illum infortunio.
Si illi sunt uirgae ruri, at mihi tergum domist.

---

117. *erilem* Θψ. *herilem* ΞΩ — πω. *quopem* Δcp, ψ. *quiopem* Θp. *opem* et huic conuenienter *amanti herili* (*erili* p) Δcp in margine, quae tanquam e Pal. enotauit Scioppius. Vnde *copiam* coniecit Camerarius. *copem* β — ςϑιμξπω. *ope* iunctum cum *facerem* Ω. *compotem* ζ(„ex codd. ant.“)ηκλ. *inopem* Ξ. 118. *auri* ΔΘp, Pal., Ξψω. *aurum* Ω — π. 119. *lubeat* ΘΞΩ — ψ. *libeat* ω. *reddere, ut reddat*] *redderet, reddi* Bothius. 120. *Epheſon* olim Bothius. *ibit aurum* ΔΘpΞδ(de corr. Sarraceni)ςϑι (de corr. Pii)ω. *ibi aurum* Ωβγς. *ibit ſibi aurum* ζηκλμ. *hinc ibit aurum* ξπψ. *arceſere* ΔΘp. *arceſſere* Ωζηκ — ω. *accerſere* Ξβ — ςϑι. 121. *etaſ* ΘΞ. *malachum* Ωβγςι. *malaeum* Θ.

122. *relinquet* ΘΞκ — ω. *relinquit* Ω — ι. *neque* ΘΞ. *nec* Ω — ω. 123. *med et* „Mſs. Pal.“, Θψ. *medet* ξπ. *me et* ΞΩ — ςϑιω. *me nec* ζ(„metri neceſſitate et ſententiae concinnitate“)ηκλμ. *ego* om. δϑ. 124. *futurumſt* ψ. *futuruſt* κλμ. *cum* ΘΩ — ςϑιξπω. *quom* Ξκλμψ. *quum* ζη. 125. *quom* ΞΩ — ϑκ — ψ. *quum* ι. *cum* Θω. *excucurriſſe* ΘΞβ — ι, κ altera, ξ — ω. *excurriſſe* Ω. *excecurriſſe* κλμ. 126. *mihi*] *me* olim Bothius.

128. *criſalo* ΔΘp. 130. *reprehenſuſ* ΘΞιξ — ω. *reprenſus* Ωβγς, κ altera. *repraehenſus* δϑ. *repraenſus* ζηκλμ. *macto*] *matto* Ξ. *in acto* Ω. *ego* om. Bothius. 131. *uirge* ΘΞ. *at*] *aut* Ξ. *domi eſt* ΘΩ — πω. *domiſt* Ξψ.

Nunc ibo: erili filio hanc fabricam dabo
Super auro amicaque eius inuenta Bacchide.

LYDVS SERVVS.

Pandite atque aperite propere ianuam hanc Orci, obsecro:
Nam equidem haud aliter esse duco, quippe quoi nemo aduenit,
Nisi quem spes reliquere omnes, esse ut frugi possiet.
Bacchides non Bacchides, sed Bacchae sunt acerrumae.
Apage istas a me sorores, quae hominum sorbent sanguinem!
Omnis ad perniciem instructa domus opime atque opipare.
Quae ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.

---

132. *erili* Θψ. *herili* ΞΩ—πω. *filio* ΞΩ—πω. *filio eiuſ* ΔΘp, ſed *eius* in Δg ab eadem manu deleto, quippe quod ad proximum uerſum pertineret. 133. *auro amicaque* ΘΩ—ω. *auroque amica* Ξ.

Actus III. Scena I.

LYDVS SERVVS ΞΩ—ιξψ. om. Θ. *Lydus paedagogus* κλμ. *Lydus* ω.

1. *LIDVS andite* Θ. *horci* Ω—μ. 2. *quoi* κλμψ. *cui* Θp, Pal., ΞΩ—ι. *qui* Δξ. *quo* πω. 3. *relinquere* Θ. *eſſe* Θι(de coni. Pii)ξψω. *ex ſe* ΞΩ—θκλμ. *frugi* Θβ—ϛθι ξψω. *frui* ΞΩζηκλμ. *poſſiet* ΔΞΩ—ω. *poſſidet* Θp. 4. *bache* ΘΞ. *acerrumae* Θψω. *acerrume* ΔpΞ. *acerrime* Ω. *acerrimae* β—ξ. 5. *que* Δ. *hominum* ΔΘpΞζηκ—ω. *omnium* Ω—ϛθι. 6. *omniſ* ΔΘpΞΩ—ϛθξ—ω. *omnium* MS. Schobingeri, ζηι(de coni. Pii)κλμ. „*perniciem* ΔΘp", ΞΩ—ω. *opime* ΔΘpΞζ(„ex codd. ant.")ηκ—ω. *optime* Ω—ϛθι. 7. *continuo* ΘΞζηκ—ω. om. Ω—ϛθι.

Egone ut haec conclusa gestem clanculum? ut celem patrem,
Pistoclere, tua flagitia aut damna aut desidiabula,
Quibus patrem et me teque amicosque omnes adflictas tuos
Ad probrum, damnum, flagitium appellere una et perdere?
Neque mei neque te tui intus puditum est factis, quae facis,
Quibus tuum patrem meque una, amicos, adfinis tuos
Tua infamia fecisti gerulifigulos flagitii.
Nunc priusquam malum istoc addis, certumst, iam dicam patri.

---

8. *haec conclusa* ξψω. *haec conclusi* Θ. *haec clusa* ζηκλμ. *clusa* ΞΩ—ςι. *clausa* ϑ. 9. *tua — tuos* citat Nonius p. 75, 8. *tua*] *sua* Ω. *aut damna* Nonius ante Mercerum, qui *tua damna*. *desidiabula* ΔΘpgΞΩξψω. *dispoliabula* Nonius, β—ιμ. *despoliabula* κλ. 10. *quibus*] *quis* ζηκλμ. *amicosque*] *amicos meos* Nonii Veneta a. 1498. *omnes* ΘΞΩ—ξω. *omnis* ψ, Nonius. *omneis* κλμ, Nonii Parisina a. 1519., Plantiniana a. 1565., Gothofr. a. 1602. *adflictas* ΔΘpg, „2 mss. Pal.“, ψ. *aflictas* Θ, sed ut *a* litterae inscriptum sit *f* eadem manu. *afflictas* Ξ. *affectas* Ω—ξω, Nonius: uere ut uidetur. Cf. Sciopp. Susp. Lect. V, 15.
Ceterum u. 10. 11. 12. non om. Ω. 11. *flagitiuum* η. *appellere* ΘΩβγςϑιξω. *apellere* δ. *adpellere* ψ. *appellare* Ξζηκλμ. 12. *te tui* ΘΞΩ—ψ, Priscianus VIII, 11, 62. p. 409. Krehl. *tui te* idem XI, 5, 20. p. 528. utroque loco *neque mei — facis* afferens. *tui* sine *te* ω. *puditumst* ψ. *pudituss* κλμ. *factis quae*] *factisque* Θ. „*quae*] *que* ΔΘp.“ 13. *quibus*] *quis* ζηκλμ. *adfinis* ΔΘp, Pal., ψ. *affinis* Θ. *affines* ΞΩ—ξω. 14. *tuad* olim Bothius. *de tua* Camerarius. *flagitii* ΘΞΩ—ω. 15. *malam* ϑι. *istoc* ΔΘpΞΩ—ω. *istuc* Bothius mirabiliter. *addis* ΔΘpΞζ(„ex codd. ant.“)ηκ—ω. *adis* Ω—ςϑι. „*certumst iam* ΔΘp: alii omittunt *iam*:“ ψ. *certum est iam* ΘΞΩ—ιξω. *certust iam* κλμ.

De me hanc culpam demolibor iam et seni faciam palam,
Vt eum ex lutulento coeno propere hinc eliciat foras.

MNESILOCHVS ADOLESCENS.

Multis modis meditatus egomet mecum sum, et ita esse arbitror:
Homini amico, qui est amicus ita, uti nomen possidet,
Nisi deos, ei nihil praestare. Id opera expertus sum esse ita.
Nam ut in Ephesum hinc abii (hoc factum est ferme abhinc biennium):
Ex Epheso huc ad Pistoclerum sodalem meum litteras

---

16. *hanc culpam* ΔΘp, Pal., Ξψω. *culpam hanc* Ω—ξ. *demolibor* Θζηκ—ω. *demo: libet* Ξ. *demo. ibo* Ω—ςθι. 17. *lutulento* ΔΘpgΞζηι(de coni. Pii)κ—ω. *luculento* Ω—ςθ, Gulielmus Quaest. in Bacch. c. 2. p. 151. *coeno* ΘpΩ—ω. *ceno* ΔΞ. *hinc* et *ut* uocum ſedes inter ſe permutauit Bothius. *eliciat* ΔΘpg, Pal., κλμψω. *eiiciat* ΞΩ—ιξ.

Actus III. Scena II.

Mneſilochus adoleſcens ΞΩ—ψ. om. Θ. *Mneſilochuſ* ω.

Verſui 1. *Mneſilochuſ* praemittit Θ. *multiſ modiſ* ΔΘpg, „2 mſs. Pal.“, ΞΩ—ςθιψω. *multimodis* ξ, Bothius. *modis meditatus*] *meditatus modis* ζηκλμ. 3. *ei* om. ζηκλμ. *preſtare* ΔΘpΞ. *eſſe ita* ΘpΞΩ—ω. *ita eſſe* Δ. 4. *hoc—biennium*] cf. Acidal. p. 201. *factumſt* ψ. *factuſt* κλμ. Quas diſcrepantias, ſi in his ſolis libris exſtent, poſthac praetermittam.

5. *ſodalem meum* ΔΘpΞΩ—μ. *meum ſodalem* ξψω. Non habeo, quo Palatinorum fidem tuear. Cf. III, 3, 10. 49. 71. 89. *litteraſ* ΘΞΩ—ψ. *literas* ω.

Misi, amicam ut mihi inueniret Bacchidem. Illum intellego
Inuenisse, ut seruus meus mihi nuntiauit Chrysalus.
Condigne is quam technam de auro aduersum meum fecit patrem,
Vt mihi amanti copia esset. Sed eccum uideo incedere.
Nam pol quidem meo animo ingrato homine nihil inpensiust.
Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium. [361]
Nimio praestat inpendiosum te, quam ingratum dicier.
Illum laudabunt boni: hoc etiam ipsi culpabunt mali.

---

6. *ut* ΞΩ—ω. *in* Θ, ſed ut illud in *ut* uideatur mutatum eſſe. *intellego* ΘΞκλμψω. *intelligo* Ω—ιξ. 7. *ſeruuſ* ΘΞΩ—ξ. *ſeruos* ψω. *meus* om. ζηκλμ. *nuntiauit* ΘΞψ. *nunciauit* Ω—ξω. 8. *iſ quam* ΔΘpgΞΩ—ςθιξψω. *is* ſine *quam* ζηκλμ. *is qui* Lambinus, *is quoque* Acidalius p. 201., *isque* olim Bothius. *technam* ΞΩ—ω. *tecnam* ΔΘp. *aduerſum* ΘΞΩ—ιξ. *aduorſum* κλμψω. *fecit* ΘΞζηκ—ω. *facit* Ω—ςθι. 9. *ſed eccum uideo incedere* ΔΘpgΞΩ—ψ, niſi quod *eccom* ψ. *ſed aequom id ei reddere* ω de coni. Mureti Var. Lect. XIII, 18. (qui *aequum et eii.*) Vnde feliciter olim Bothius *aequom uideo id reddere* effecit, infeliciter nuper delenda *ſed* — *incedere* cenſuit. 10. *meo quidem* Bothius. *ingrato*] *grato* Salmaſius. Vide Roſtii Plaut. Cup. ſerc. II, p. IX. ſqq. *inpenſiuſt* Δψ. *impenſiuſ eſt* ΘpΩ—ςθι. *inpenſiuſ eſt* Θ. *impenſiuſt* ζηκ—ξω. *impenſuſ eſt* Ξ. *beneficum* Ξζηκ—ψ. *beneficium* ΔΘpgΩ—ςθι. 12. *Praeſtans nimio* Bothius, nec quicquam monens. *preſtat* ΘΞ. *inpendioſum* ψ. *inpendiuſum* Θ. *impendioſum* ΞΩ—ξω. *te quam* ΔΘp (huc enim, non ad u. 11. iſtam notationem ſpectare patet) ΞΩ—ω. *quamde* Acidalius p. 201. 13. *laudauit* Ξ. *hoc etiam* ΔΘpgΞΩ—λξψω. *honc etiam* Meurſius Cur. Plaut. p. 129., *hunc etiam* μ, Lambinus: recte quidem, niſi uelis *illud* pro *illum*.

Qua me causa magis cum cura esse aequum: obuigilatost opus.
Nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cernitur,
Sisne necne, ut esse oportet: malus, bonus qua, cuiusmodi,
Iustus, iniustus, malignus, largus, commodus, incommodus.
Caue sis te superare seruum siris faciundo bene.
Vtut eris, moneo, haud celabis. Sed eccos uideo incedere

---

14. *cauſa* ΘΞΩ — ιμψ. *cauſſa* κλξω. *mage* Bothius. *cum cura — opus*] *eum cura eſſe ea cum obuigilatoſt* (*obuigilato eſt* Θ) *opuſ* ΔΘg: Nihil praeter *eſſe ea cum obuigilatoſt opuſ* affertur ex ΔΘp. *eum curam* (*cura* Ξ) *eſſe ea cum* (*quam* coni. Sarrac.) *obiurgato eſt opuſ* ΞΩ — ςϑιμ. *accurare et aduigilare eſt opus* ζ(„ex codd. ueterum ferme ſcriptura")ηκλ, et pro *et* ſubſtituens *atque* Lambinus, idem coniiciens uel *cum cura eſſe atque aduigilare eſt opus*, uel *me* in *mi* ſimul mutato *accurato atque aduigilato eſt opus*: quod ſuſcepit olim Bothius *concurato* pro *accurato* ponens. Rurſum *cum cura eſſe ac obuigilatoſt opus* ξ. Pro *ac* e „2 mſs. Pal." Scioppius notauit *ea cauſſa*: de quo aperte fallitur. *cum cura eſſe ea quam obuigilate eſt opus* Gruterus, quem in reliquis ſecutae *obuigilatoſt* ψ, *obuigilato eſt* ω. *cum cura eſſe aequom et obuigilato opuſt* Bothius: quod aegre intelligas. Seruaui de Palatinorum ſcriptura quantum potui: quanquam magis profecto placeat *aequumſt: obuigilato opuſt*. 15. *mneſilocho* Ξ, ſed ut *o* primo fuisse *e* uideatur. *nunc*] *nun* ΔΘp. 16. *ſiſne* ΘΞζηκ — ω. *ſciſne* Ω — ςϑι. *bonuſ qua cuiuſmodi* ΔΘp, Pal. *bonuſque cuiuſmodi* ΞΩ — ι. *bonuſque quoiuſmodi* κλμ. *bonus cuiuſmodi* ξω. *bonus quoiuſmodi* ψ, Bothius. 17. *largus* nunc ſecluſit Bothius, poſtquam olim incredibiliter omnia perturbarat. *largus, incommodus, commodus* tranſponendum arbitror: niſi forte ea ratio, quae propria eſſe *eſt* uoculae ſolet (*bonus eſt, bonu'ſt*) latius olim patuerit. 18. *ſeruum* β — ιξ. *ſerum* ΔΘpΞΩ. *ſeruom* κλμψω. *ſiriſ* Θξψω. *ſyriſ* Ξ. *ſinas* Ω — μ. 19. *utut eriſ moneo* ΘΞ ξψω. *ut eris moneo* Ω — ςϑι. *utut eris modo* ζ(„ex codd. ant., in quibus omnibus aperte ſcriptum eſt *utut eris*")η. *ut tu eris modo* κλμ. *haut* ψ. *celabis* ζηκ — ω. *celabaſ* ΘΞΩ — ςϑι.

Patrem sodalis et magistrum. Hinc auscultabo, quam rem agant.

LYDVS SERVVS. PHILOXENVS SENEX. MNESILOCHVS ADOLESCENS.

LYDVS.

Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore. [371]
Sequere.

PHILOXENVS.

Quo sequar? quo ducis nunc me?

LYDVS.

Ad illam, quae tuum
Perdidit, pessumdedit tibi filium uni unicum.

---

20. *patrem sodalis* ΘΞΩ—ςϑιξ—ω. *sodalis patrem* ζηκλμ. *patrem socienni* olim Bothius, hodie iambicum uersum putans. Sed idem cur infra III, 6, 3. *pater* monosyllabum non attigit?
agam Θ. *agat* Ω.

Actus III. Scena III.

Lydus — Adolescens om. Θ. *Seruus* om. κλμω. *Philoxenus senex* ξψ. *Philoxenus* ω. *Philo. Senex* Ω. *Philoxenes* β—ςϑιμ. *Philoxenex* κλ. *Philoxenes Senex* Ξζη. *Mnesilocus* ι. *Adolescens* om. κλμω.

1. *LIDVS unc* Θ. *acetum* ΔΘgΞΩ—ω. *aceto* Lambinus, Dousa Expl. II, 22. p. 203. *necne acetum* Acidalius p. 201., delens *cor.* *cor acre* ΔΘpgΞΩ—ξω. *peracre* ψ de coni. Gruteri. *coram acre* olim Bothius. 2. *Sequere — illam*] *Sequere me. PH. quo te sequar? aut quo nunc me ducis. LY. ad illam* ζηκλμ, proximis *quae tuum* uersui 3. astrictis. *quae*] *que* ΔΘpΞ.
3. *pessumdedit* ΔΘpψ. *pessundedit* ΞΩ—ξω. *uni* ΘΞξ—ω. om. Ω—μ. *unice* olim Bothius.

PHILOXENVS.

Eia Lyde, leniter qui saeuiunt, sapiunt magis.
Minus mirandum est, illaec aetas si quid illorum facit,
Quam si non faciat: feci ego istaec itidem in adulescentia.

LYDVS.

Hei mihi, hei mihi, istaec illum perdidit assentatio.
Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum:
Nunc propter te tuamque prauus factus est fiduciam
Pistoclerus.

MNESILOCHVS.

Di immortales, meum sodalem hic nominat.
Quid hoc negotii est, Pistoclerum Lydus quod herum tam ciet? [381]

PHILOXENVS.

Paulisper, Lyde, est libido homini suo animo obsequi;
Iam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit. Morem geras.

---

4. *Eia* ΘΩ — ω. *Eya* Ξ. *Heia* †. *qui*] *que* Ξ. *ſeuiunt* ΔΘρΞβγϛιλ. 5. *Minus*] *Nimiſ* Ξ. *illaec* Ω — ϛθιξ — ω. *illec* ΘΞ. *illa* ζηκλμ. 6. *facit* ζηκλμ, omiſſoque *ego* olim †. *iſtaec* ΔΘρΩ — ω. *iſtec* ΘΞ. *aduleſcentia* Θψ. *adoleſcentia* ΞΩ — ξω. 7. *Hei mihi, hei mihi* ΞΩ — ω. *Ei mihi ei mihi* Δρ, Pal. Sed Θ quoque ita. *iſtec* ΘΞ. *aſſentatio* ΘΞΩ — ξω. *adſentatio* ψ. *aſſenſio* aliquando Lamb.: cf. Douſ. Expl. p. 204.

9. *prauuſ* ΘΞΩ — ϛθιξ. *prauos* κλμψω. *paruus* ζη. *factuſt* κλμψ. *fidutiam* ΔΘρ. 10. *di* Θζηκλμψ. *dii* ΞΩ — ϛθιξω. *inmortales* ſola ψ. 11. *quid* ΞΩ — ω. *quod* Θ. *hoc negotii eſt* Θω. *hoc negotiiſt* ψ. *hoc negocii eſt* ΞΩ — ϛθιξ. *negocii hoc eſt* ζκλμ. *negoii hoc eſt* η. *quod* ΘΩ — ω. *quid* Ξ. *herum* ΘΞΩ — ω. 12. *lide* Θ. *eſt libido* ΘΞΩ — ϛθιξψω. *libido eſt* ζη. *lubidoſt* κλμ. *Lyde, pauliſper lubido eſt* tranſpoſuit †. 13. *cum* ΘΞΩ — ξω. *quom* ψ.

Dum caueatur, praeter aequum ne quid delinquat, sine.

LYDVS.

Non sino neque equidem illum me uiuo corrumpi sinam.

Sed tu, qui pro tam corrupto dicis causam filio,
Eademne erat haec disciplina tibi, quom tu adulescens eras?
Nego, tibi hoc annis uiginti fuisse primis copiae,
Digitum longe a paedagogo pedem ut efferres aedibus.
Ante solem exorientem nisi in palaestram ueneras,
Gymnasii praefecto haud mediocris poenas penderes. [391]
Id quoi optigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum:

---

14. *preter* ΔΘpΞ. *aequum* ΘpΩ—ιξ. *equum* ΔΞ. *aequom* κλμψω. 15. Hinc per totam ſcenam *LIDVS* Θ. *illunc* †. 16. *pro tam* ΘΞζηκλμ. *tam pro* Ω—ϛθιξψω. *cauſam* Θγη. *cām* ΞΩ—ιψ. *cauſſam* κλμω. 17. *hec* ΘΞ. *tibi quom* ΔΘpψ. *tibi cum* Θω. *quom* (ſine *tibi*) ΞΩ—ϛθ. *quon* ι. *cum* ξ. *olim quum* ζη. *olim quom* κλμ: Acid. p. 202. *aduleſcenſ* Θψ. *adoleſcenſ* ΞΩ—ξω. 18. *hoc annis* Ω—ϛθιξω. *haec anniſ* Δψ. *hec anniſ* Θp. („*haec* aut *hec*" ΔΘg.) *ee anniſ* h. e. *eſſe anniſ* Ξ. *annis* ζηκλμ. *copiam* κλμ. 19. *paedagogo* Ωδθξψω. *pedagogo* ΔΘpΞβγϛι—μ. *pedem ut efferres aedibus* ξψω, niſi quod *eoferres* ψ. *pedem ut efferre ſedibuſ* Θ. *pedemue efferreſ aedibuſ* Ξ. *pedem ne efferes ex aedibus* Ω—ϛθ, niſi quod *edibus* βγϛ. *pedem ut efferes ex aedibus* ζη. *pedem ut efferres ex aedibus* κλμ (de coni. Pii) et omiſſo *pedem* ι. Huc uerſus 22. 23. tranſpoſuit Hier. Groſſotius in marg. Douſ., cui obſecutus †: „contra ΔΘp." 20. *niſi*] *ni* †, ut *ſolem* non liqueſcat. *paleſtram* ΔΘpΞΩβγϛθι. 21. *praefecto* Θζηι(de coni. Pii)κ—ω. *prefecto* ΔΘp. *profecto* ΞΩ—ϛθ. *haut* ψ. *mediocriſ* ΘΞΩ—ιξψω. *mediocreis* κλμ. *penaſ* ΔΘpΞ. *poenaſ* ΘΩ—ω. *poenas penderes haud mediocris* tranſpoſuit †. 22. *id quoi* Δp, „Ms." Gruteri, ψω. *id qoi* ξ. *id quo* Θp. *idque* ΞΩ—ϛθι. *idque ubi* ζηκλμ, Acid. p. 202. *id quom* †. *optigerat* ΔΘp. *obtigerat* ΞΩ—ω. *accerſebatur* ΔΘpΞξψ. *arceſebatur* Ω—ϛθ. *arceſſebatur* ζηι(ex Pii not.)κλμω. *accenſebatur* Douſa Expl. p. 205.

Et discipulus et magister perhibebantur improbi.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis quam scorto aut sauiis:
Ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
Inde de hippodromo et palaestra ubi reuenisses domum,
Cincticulo praecinctus apud magistrum in sella adsideres:
Cum librum legeres, si unam peccauisses sillabam,
Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

MNESILOCHVS.

Propter me haec nunc meo sodali dici, discrucior miser: [401]
Innocens suspicionem hanc sustinet causa mea.

PHILOXENVS.

Alii, Lyde, nunc sunt mores.

---

23. *prohibebantur* Ξ. *inprobi* ψ. 24. *Ibi*] *Illi* hic et u. 26. olim ✝. *lactando* η. *aſta* ΔΘp. *pugilatu* ✝ poſt Lamb., Kampmannus Annot. in Rud. p. 30. 25. *ſeſe*] *ſe* ζηκλμ. *mage* ✝. *ſuauiiſ* Ξ. 26. *etatem* ΔΘpΞ. 27. *inde de hippodromo* ζηκ—ω. *inde dephippodromo* Θ. *inde de hyppodromo* Ξ. *inde hippodromo* Ω—ϛϑ. *in hippodromo* ι (de coni. Pii.) *paleſtra* ΘΞΩβγϛι. *reueniſſes*] *re Veniſſes* Ξ. 28. *precinctuſ* ΘΞ. *praecinius* ι. *adſidereſ* Θψ. *aſſidereſ* ΞΩ—ξω. 29. *cum* ΔΘpgω. *quom* ψ. *tum* ΞΩ—ξ. *ſi*] *ſi tu* olim, *ſid* nuper ✝. *peccauiſſet* Θ. *peccauiſſe* ϑ. *ſillabam* ΔΘp. *ſyillabam* Ω. *ſyllabam* Ξβ—ω. 30. *fleret* Θ. *pallium* Ωβγϛζη. 31. *hec* ΘΞ. *meo nunc* ζηκλμ. *diſcrutior* ΘΞζη. 32. *innocenſ* ΔΘpgΞΩ—ϛϑιξω. *ille innocens* ζηκλμψ, *K* Meurſii p. 129. *ſuſpitionem* ΔΘpζηκλμ. *cauſa* ΘΞΩ—ιψ. *cauſſa* κ—ξω: quode poſthac tacebo. 33. *PHILOXENVS* in Θ ſic ſcriptum, ut uideri poſſit ad proximum uerſum pertinere. *lide* Θ. *lydae* γ.

LYDVS.

Id equidem ego certo scio.
Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quam magistro desinebat esse dicto obediens:
At nunc priusquam septuennis est, si attingas eum manu,
Extemplo puer paedagogo tabula disrumpit caput.
Cum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater:
Noster esto, dum te poteris defensare iniuria!
Prouocatur paedagogus: Eho, senex minimi preci,
Ne adtingas puerum istac causa, quando fecit strenue. [411]
It magister quasi lucerna uncto expretus linteo:

---

ego certo ΔΘpΞψω. *certo* ξ. *certe* Ω—ςθι. *ego certe* ζηκλμ. 34. *captebant* ΔΘp. *capiebant* ΘΞΩ—ω. 35. *magiſtro* ΔΘpg, Pal., ΞΩ—ςθιψω. *puer magiſtri* ζη. *magiſtri* Δp man. ſec., κ—ξ. *dicto eſſe* ζηκλμ. *oboedienſ* Θ. 36. *eſt ſeptuennis, ſi eum attingas* ζηκλμ. *attingaſ* ΔΘpΞΩ—ω. *antingaſ* Δp initio. *attigas* Douſa Expl. II, 22. p. 205. 37. *Puer extemplo* olim, *Extempulo puer* nuper † peruerſiſſime. *pedagogo* ΘΞβγςι. *diſrumpit* Δψ. *dirrumpit* Θpη. *dirumpit* ΞΩ—ζθ—ξω. 38. *quom patrem* ψ. *patrem quom* †. *ad eas* Ω. 39. *defenſare* Ωζη. Ante *iniuria* interpungunt ΞΩ—ςθι. 40. *pedagoguſ* ΘΞβγςι. *pretii* Θpω. *preti* ψ. *preci* Δ. *precii* ΞΩ—ξ. 41. *adtingaſ* ΔΘpω. *attingaſ* ΞΩ—ψ. *attigas* π ex Nonio p. 75, 32., ubi *ne — ſtrenue* profert. *iſtac* ΔΘpω. *iſta* ΞΩ—ψ, Nonius. 42. „*it* Δp poſtea, antea *id.*" *et* Θp. *it* ΞΩ—ω. *lucerna* ΘΞΩ—ω. *laterna* Salmaſius, prob. Gronou., †. *expretuſ* ΔcpgΘpg, „2 mſs. Pal.", ξψω: probarunt Turnebus Aduerſ. III, 5., Douſa Expl. II, 22. p. 205., nuper Lindemannus ad Feſtum p. 414. Qui quae de radicibus linguae Sanſcritae diſputauit, non ſunt tam uacua dubitatione, quam ipſi uiſum eſt. (*expertuſ* ex Θ afferre Bothium eo mirabilius, quod ſuis illum manibus tractauit. In Pareana II. p. 127. typothetae lapſu poſitum eſſe *expertus* lemma, docet I, p. 283.) *expletuſ* ΞΩ—ςθ† et tranſpoſitum ante *uncto* ζηκλμ: defenderunt Roſtius Plaut. Cup. ferc. II, p. XI. ſqq., Duebnerus in Iahnii Nou. Annal. philol. a. 1832. p. 320. ſq. *oppletus* de coni. Pii. *exporrectus* dubitanter Camerarius. *extertus* Salmaſius. *ſpretus* Gronouius: cf. Doederlini Synon. Lat. III, p. 323. ſq.

Itur illinc iure dicto. Hoccine hic pacto potest
Inhibere imperium magister, si ipsus primus uapulet?

MNESILOCHVS.

Acris postulatio haec est, cum huius dicta intellego.
Mira sunt, ni Pistoclerus Lydum pugnis contudit.

PHILOXENVS.

Sed quis hic est, quem astantem uideo ante ostium?

LYDVS.

O Philoxene!

MNESILOCHVS.

Deos propitios me uidere quam illum mauellem mihi.

PHILOXENVS.

Quis illic est?

LYDVS.

Mnesilochus, gnati tui sodalis Pistocleri,
Haud consimili ingenio atque ille est, qui in lupanari accubat.

---

43. *itur*] *intus* olim †. *hocine* ΔΘρψ. *hoccine* ΘΞΩ — ςθιω. *uerum hoccine* ζηκλμ. *istoccine* ξ. 44. *inhibere* ΔΘρΞΩ — ω. *inhiberi* Acid. p. 202. interpungens post *imperium*. *imbibere* Rob. Titius ap. Taubmannum. 45. *hec* ΘΞ *cum* ΘΞΩ — ςθιξω. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *intellego* ΘΞκλμψω. *intelligo* Ω — ιξ. Quam discrepantiam posthac praetermittam. 46. *pugnis* η: *contudit* ΔΘρζηκ — ω. *contuderit* ΞΩ — ςθι. 47. *PHIL.*] om. Θβγκλμ. *LYD.* ζη. *ostium* Θξψω. *hostium* ΞΩ — μ. *LYD.*] om. ζη. *LIDVS. PHILOXENVS* Θ. in fine uersus. Alterum nomen patet ad initium uersus spectare. 48. *MNES.* om. δϑ. *me propitios* ζηκλμ, olim †. *propicios* Δ. *illunc* †, item u. 51. 49. *illuc* ξ. *gnati — Pistocleri*] *pistocleri sodalis tui* ζηκλμ. Nec octonarius est trochaicus, ut olim †, nec iambicus, ut idem nuper, sed ultima uersus syllaba coit cum *Haud*: id quod pridem Camerarius peruidit. *Pistoclerus* Ξ.
50. *Haut* ψ. *consimil* Meursius p. 129. *ille*] *illic* η.

Fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi! [421]

PHILOXENVS.

Saluus sis, Mnesiloche: saluum te aduenire gaudeo.

MNESILOCHVS.

Di te ament, Philoxene.

LYDVS.

Hic enim rite productust patri:
In mare it, rem familiarem curat, custodit domum,
Obsequens obediensque est mori atque imperiis patris.
Hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit;
Triduum non interest aetatis, uter maior siet:
Verum ingenium plus triginta annis maius quam alteri.

PHILOXENVS.

Caue malum et compesce in illum dicere iniuste!

LYDVS.

Tace:
Stultus es, qui illi male aegre patere dici, qui facit.
Nam

---

51. *Fortunatus qui illum eduxit ſibi* ex Plauto affert Donatus in Ter. Andr. I, 1, 70., pro quibus in Veneta á. 1487. legitur *fortunatumque illum addixit ſibi.* *nicobolum* ΞΩ—μ.
52. *Saluuſ — ſaluum* ΘΞΩ—ξ. *ſaluos — ſaluom* ζηκλμψω.
53. *di* Θκλμψ. *dii* ΞΩ—ιξω. *ament* Θξψω. *donent* ΞΩ—μ. *enim* om. ζηκλμ. *productuſt* ΔΘpξψ. *productuſ eſt* ΘΞΩ—μ. *productu' eſt* ω. 54. „*in mare*] *iit* uel *ut* Δ, *in mari ut* Θp.“ *in mare it* ΞΩ—ω. 55. *eſt* om. ΞΩ—ϛϑι, ante *obedienſque* collocant ζηκλμ. *mori* ζηκλμω. *more* ΔΘpgΞ. *morae* Ω—ϛϑιξψ. Vereor ut de priſca datiui forma *more* recte cogitetur. „*mori atque imperiis* priſca lectio.“ Pius. 57. *triduum non intereſt* ΔΘpgΞΩ—μψω. *triduum non inter eos eſt* ξ. 58. *Verum*] *huic* add. Lamb. *maiuſt* ψ. *maiuſ eſt* ΘΞΩ—ξω. *eſt* ante *annis* ponebat †. 59. *malo* †. *compeſce* ΘΞΩ—ξω. *conpeſce* ΔΘpψ. *comperce* Dacierus in Feſt. p. 387. Lind., Douſa in marg. *iniuſte dicere* ζηκλμ. 60. *male egre* ΘΞ. *male aegre* Ω—ϛϑιξψω. *aegre male* ζηκλμ.

Nam illum meum malum promptare malim quam peculium. [431]

PHILOXENVS.

Quidum?

LYDVS.

Quia, malum si promptet, in dies faciat minus.

MNESILOCHVS.

Quid sodalem meum castigas, Lyde, discipulum tuum?

LYDVS.

Periit tibi sodalis.

MNESILOCHVS.

Ne di sirint.

LYDVS.

Sic est, ut loquor.

Quin ego, quom peribat, uidi, non ex audito arguo.

MNESILOCHVS.

Quid factum est?

LYDVS.

Meretricem indigne deperit.

MNESILOCHVS.

Non tu taces?

---

61. *malum promptare*] *promptare malum* ζηκλμ. 63. *sodalem meum* ΞΩ—ςϑιξψω. *ſoſodalem meum* Θ. *meum ſodalem* ζηκλμ. *lide* Θ. 64. „*di ſirint* Δ initio: nam poſtea *ſinant; nedeſerint* Θp.“ *deſerint* Pal. *di ſirint* ξψω. *diſruit* ΞΣ. *dixeris* Ω—μ. 65. *Quin* om. Ω—ςϑι, tranſpoſito ſimul *ego* poſt *cum*. *quρm* Ξκλμψ. *qum* Δ. *quum* ζη. *cum* ΘΩ—ςϑιξω. *audito* ΔΘpgΞΚΩ—μψω, Meurſius p. 130. *auditu* Δpg ſec. manu, ξ.

LYDVS.

Atque acerrume, aestuose absorbet, ubi quemque attigit.

MNESILOCHVS.

Vbi ea mulier habitat?

LYDVS.

Hic.

MNESILOCHVS.

Vnde eam esse aiunt?

LYDVS.

Ex Samo.

MNESILOCHVS.

Quae uocatur?

LYDVS.

Bacchis.

MNESILOCHVS.

Erras, Lyde. Ego omnem rem scio,
Quemadmodumst: tu Pistoclerum falso atque insontem arguis.

---

67. *Atque acerrume aeſtuoſe abſorbet Δ*g, niſi quod *ac eſtuoſe* corrector fecit. *Atque acerrumea eſt uoſ abſorbet* Θg: uere. (*Atque acerrume ac aeſtuoſe abſorbet* ΔΘp: minore ut apparet fide.) *Atque acerruma ea eſt: uoſ ea ſorbet* Ξ. *Atque acerrime uiros ea abſorbet* Ω — ϛϑι. *Atque acerrima ea eſt abſorbet uiros* ζηκλμ, niſi quod *acerruma eaſt* κλμ. *Atque acerrime ac aeſtuoſe abſorbet* ξ. *Atque acerrume ac aeſtuoſe abſorbet uiuos* ψ. *Atque acerrime ea eſt, abſorbet uiuos* (uel *uiuos abſorbet*) Acidalius p. 202. ſq., ex parte Gulielmum ſecutus Quaeſt. p. 159. *At quae acerrume atque aeſtuoſe abſorbet* ω praeeunte Lambino, qui libros ſuos ueteres iactat. *Atque acerrumam: aeſtuoſe abſorbet* †. Proxime a Palatinorum fide abfuerit *At quae* (uel potius *Ac quae*) *acerrume, aeſtuoſe abſorbet:* quanquam minime perſanatum uerſum credo. *quemque*] *queque* ΘΞ. *attigit* ΘΞΩ — ζω. *adtigit* ψ. 68. *eſſe eam* †.
69. *ego*] *nam ego* ζηκλμ. 70. *quemadmodumſt* Δpψ. *quemadmodũſ* Θ. *quemadmodum eſt* ΞΩ — ξω.

Nam ille amico et beneuolenti suo sodali sedulo [441]
Rem mandatam exsequitur, ipsus neque amat nec tu creduas.

LYDVS.

Itane oportet rem mandatam gerere amici sedulo,
Vt ipsus in gremio osculantem mulierem teneat sedens?
Nullon pacto res mandata potest agi, nisi identidem
Manus ferat ad papillas, labra a labris nusquam auferat?
Nam alia memorare, quae illum facere uidi, dispudet,
Quom manum sub uestimenta ad corpus tetulit Bacchidi
Me praesente, neque pudere quicquam. Quid uerbis opust?
Mihi discipulus, tibi sodalis periit, huic filius.

---

71. *beniuolenti* Θ (ſed ut ante corr. *beneuolenti* fuiſſe uideatur) Ω—ϑψ. *beneuolenti* Ξιx—ξω. 72. *exſequitur* Θω. *exèquitur* ΞΩ—ψ. *ipſiuſ* Θ. *creduaſ* ΔΞζηι(ex Pii „priſcis exemplaribus") x—ω, Paulus Diac. ex Feſto afferens *ipſus — creduas*, p. 46. Lind. *crederaſ* Θp. *creditas* Ω—ϛϑ. 73. *itanc* ΔΘpΞΩ—ξω. *itan'* ψ. 74. *Vt ipſus* ξψω. *Vt ipſiuſ* Θ. *Et ipſiuſ* ΞΩ ϛϑι. *Ipſus ut* ζηxλμ. 75. *nullon* ΔΘpΞξψω. *nullon̄* Θ, qua nota ſignificari *non* ſolet. *nullo* Ω—μ. *poteſt*] *potis* †. *identidem* ΞΩ—ω. *itidem* Θ. *itentidem* †. 76. *manum* olim †, *nunquam* (pro *nuſquam*) ante *labra* collocans: incredibili uerſuum deſcriptione hodieque uſus. *a*] *ab* xλμ. 77. *Nam — diſpudet* citat Soſipater p. 178, 29. *nam* ΔΘpΞΩ—μω. *nanque* ξ. *namque* ψ. *alia me memorare* olim †. *aliá memorem* ſimillime poſitum in Capt. IV, 3, 6. *que* Ξ. *quē* Θ. *diſpudet* ΔΞΩ—ω. *diſputet* Θp. 78. *cum* ΘΩ—ϛϑιξω. *quom* Ξxλμψ. *quum* ζη. *ſub*] *ub* βγ. *tetulit* Θpg,ι(ex Pii „priſcis exemplaribus")ψ. *detulit* ΔpgΞΩ—ϑx—ξω. *retulit* Lamb. 79. *opuſt* ψ. *opuſ eſt* ΘΞΩ—ξω. 80. *diſpuluſ* Δp. *huiic* †.

Nam ego illum perisse dico, cui quidem periit pudor. [451]
Quid opust uerbis? si opperiri uellem paulisper modo,
Vt opinor, illius inspectandi mihi esset maior copia:
Plus uidissem quam deceret, quam me atque illo aequum foret.

MNESILOCHVS.

Perdidisti me, sodalis. Egone illam mulierem
Capitis non perdam? Perire me malis malim modis.
Satin ut, quem tu habeas fidelem tibi, aut cui credas, nescias?

LYDVS.

Viden ut aegre patitur, gnatum esse corruptum tuum,
Suum sodalem? ut ipsus sese cruciat aegritudine?

---

81. *illunc* †. *periſſe* ΘΩ—ψ. *periiſſe* Ξω. *dico* ΔΘpg, 2 mſs. Pal., ΞΣ. *duco* Ω—ω. *cui* ΘΞΩ—ιξω. *quoi* κλμψ.
82. *opuſt* ξψω. *op't* Θ (h. e. *opust.*) *opuſ eſt* ΞΩ—μ. *uerbiſ opuſt* tanquam e Pal. notari uidetur. *opperiri* ΘΩ—ϛι—ω. *operiri* Ξζηϑ. 83. *ut opinor illiuſ* ΘΞΩ—ϛϑιξψω. *ut opinor* ζηκλμ. *aut inopinato* †. Saltem ſcribendum: *út opino illius*: quae forma ex ipſo Plauto affertur a Nonio. 84. *illo*] *illi* „codices antiquiores“ Pii. *aequm* Θ. *aequum* ΞΩ—ιξ. *aequom* κλμψω.
85. *egone* ΘΞΩ—ξω. *egon'* ψ. *illam* ΔΘpΞΩ—ϛϑιω. *ut illam* ζηκλμ, *ut illanc* †. *illam iam* ξψ. Eodem iure poſſis *illancce* (ut *iſtaecce* eſt Trucul. III, 2, 16.): poſſis etiam *ergone* pro *egone*. 86. *perirem* δϑ. 87. *Statin* ϛ. *tu*] *ut* λ. *fidelem habeas* ζηκλμ. *tibi* ΘΞξψω. om. Ω—μ. Non dubito equidem, quin ad ſimilitudinem *mi* formae monoſyllabas item *tibi* et *ſibi* pronominum formas ueteres comici pronuntiarint. *cui* ΞΩ—ιξ. om. Θ. *quoi* κλμψω. 88. *LYDVS* Θ hic et u. 92. *patiatur* Ξ. *gnatum* ΔΘpΞΩ—μω. *hic gnatum* ξψ. *eſſe gnatum* olim †. *correptum* Θ, ſed *v* ead. manu ſupra ſcripto. 89. *Tuum* ι. *ſeſe* ΘpΞΩ—ϛϑιξψω. *ſe* Δζηκλμ. *cruciat* Θζηκ—ω. *cruciatur* Ω—ϛϑι. *excruciatur* Ξ.

PHILOXENVS.

Mnesiloche, hoc tecum oro, ut illius animum atque ingenium regas:
Serua tibi sodalem et mihi filium.

MNESILOCHVS.

Factum uolo. [461]

PHILOXENVS.

In te ergo hoc onus omne impone. Lyde, sequere hac me.

LYDVS.

Sequor.
Melius esset, me quoque una si cum illo relinqueres.

PHILOXENVS.

Adfatim est. Mnesiloche, cura et concastiga hominem probe,
Qui dedecorat me, te, amicos atque alios flagitiis suis.

MNESILOCHVS ADVLESCENS.

Immitiorem nunc utrum credam magis
Sodalemne esse an Bacchidem, incertum admodumst.

---

91. *Seruo* ψ ſola. 92. *inpone* ΔΘpψ. *impone* rectius ΔΘg,Ξ. *impono* Ω—ξω. 93. *illoc* †. *relinquereſ* ΔΘp ΞΩ—ω. 94. *Adfatim* ΔΘpΩ—ιψ. *Affatim* Ξκ—ξω. *mneſilochi* ι. *concaſtiga* Θξψω. *caſtiga* ΞΩ—μ. 95. *amicoſ atque* ΔΘpgΞΩ—μψω. *amicoſque* ξ†. *amicos* olim †.

Actus III. Scena IV.

Mneſilochuſ aduleſcens Ξ. om. Θ. *Mneſilochus adoleſcens* Ω—ψ. *Mneſilochus* ω.

V. 1. *Mneſilocuſ* praemittit Θ. *Immitiorem* ΔcpΘpω, Lambinus „libros ueteres ſecutus.“ („*Immitiorem* ſiue adeo *Inimitiorem* ΔΘg: uerum Δg non expreſſit literam principem.“ „*Inimiciorem* Pal.“, non improb. Lamb.) *mmitior* ē Θ (h. e. *Immitior eſt.*) *Amiciorem* Ωγ—ξ, prob. Douſ. Expl. p. 206. *iniciorem* β. *Inmiciorem* ψ. *In uitio* Ξ, duo libri Lambini. *Non uideo nunc utrum credam amiciorem magiſ* Σ uet. 2. *incertum admodumſt* Θψ. *incertum admodum eſt* Ξξω. *incertum eſt admodum* Ω—ι. *incertuſt admodum* κλμ.

Illum exoptauit potius? Habeat! optumest.
Ne illa illud hercle cum malo fecit suo, meo.
Nam mihi diuini numquam quisquam creduat,
Ni ego illam exemplis plurumis planeque amo. [471]
Ego faxo haud dicet nactam, quem derideat.
Nam iam domum ibo atque aliquid surrupiam patri;
Id isti dabo. Ego istanc multis ulciscar modis.
Adeo ego illam cogam usque, ut mendicet meus pater.
Sed satine ego animum mente sincera gero,
Qui ad hunc modum haec hic, quae futura, fabulor?
Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo sciam.
Verum, quam illa umquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propensior,

---

3. *optumeſt* Θψ. *optume eſt* ω. *optime eſt* ξ. *opertum eſt* (ortum ex *optumeſt*) Ω — ϛϑ. *optumum eſt* ΞζηκλΜ, niſi quod *optim.* ζη. *apertum eſt* ι de coni. Pii. 4. *ne* ΘΞΩβγϛϑι. *nae* δζηκ — ω. *illud* om. π. *haud* Ξ. *hrecle* Ω. *ſuo meo* ΔΘpξψω. *me* ζηκλμ†. *ſummo meo* ΞΩ — ϛϑι. 5. *diuini*] *diuom* κλμ. *numquam* Θψ. *nunquam* γ — ξω. *quicquam* κλμ. 6. *plurumiſ* Θψ. *plurimiſ* ΞΩ — ξω. 8. *ſurrupiam* Θ, 2 mſſ. Pal., ξ: quam formam toties antiquiſſimi libri praebent, quoties ſolo calami errore ortam credere nequeas. *ſubripiam* ΞΩ — ι. *ſurripiam* κλμω. *ſubrupiam* ψ. 10. *illanc* olim †. *meuſ pater* ΘpΞΩ — ξω. *pater meuſ* Δψ. *pater* ζηκλμ, olim †, qui hodie om. *illam.* 11. *ſatine* ΔΘp. *ſatin* ΞΩ — ω. *animum mente ſincera* ΔΘpgΞΩ — ω. *animi mentem ſinceram* Lipſius Ant. Lect. II, 15. 13. *pro certo* ΔΘpgΞΩ — μψω. *certo* ξ†. Niſi ferendum ſit *opinor utpóte quod*, neſcio an praeſtet aut *opinor ut quod* aut *opino utpote quod* (uid. ad III, 3, 83.) Verſus 14 — 18. et 22 — 25. geminas partes eſſe duplicis recenſionis Oſannus perſpexit Anal. crit. p. 201. Incredibiliter Bothius hariolatur, in unum conglutinatis u. 14. 22. et 15. 23. ſubiiciens 16. 24. 17 — 21. 25., deleto 24. 14. *quam*] *antequam* Ξ. *illa*] *ulla* κμ. *umquam* Θψ ſoli pro *unquam.* 15. *fiam* Nonius p. 222, 5. *plumea* ΔΘcpgΞζηκ — ω. *plumia* Ω — ϛϑ. *plumbea* Nonius, ι de coni. Pii: „contra omnium codicum ſcripturam“ notatur in marg. Brixianae.

Mendicum malim mendicando uincere.
Numquam edepol uiua me irridebit: nam mihi
Decrétumst renumerare iam omne aurum patri.
Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur
Tum, cum mihi nihilo pluris referet,
Quam si ad sepulchrum mortuo dicat iocum.
Sed autem quam illa unquam meis opulentiis
Ramenta fiat grauior aut propensior,
Mori me malim excruciatum inopia.
Profecto stabile est, me patri aurum reddere.
Eadem exorabo, Chrysalo causa mea

---

16. *uincere ΔΘpgΞΩ — ϛϑιξψω. uiuere ΚΣζηκλμ*, Meurſius p. 130. 17. *numquam ψ. nūquā Θ.* cf. u. 4. 14. *aedepol δζηϑκλμ. uina Ξ. irridebit ΘΞΩ — ξω. inridebit ψ†.*

18. *decretumſt Θψ. decretumſt ψ. decretuſt κλμ. decretum eſt ΞΩ — ιξω. renumerare Δβ — ω. remunerare ΘpΞΩ.*
19. *gitur Θ. ſubblandibitur ΔΘgΩβγϛ — ϑκ — ξω. ſublandibitur Ξδι. ſubblanditur ψ.* 20. *tum cum mihi nibilo pluriſ referet ΔΘpg*, Pal., *Ξ,ι* (de coni. Pii.), niſi quod *quom Ξ. tum eum mihi nihilo pluris referet Ω — ϛϑ. tum quom nihilo pluris ea res referet ſibi ζηκλμ*, niſi quod *quum ζη. tum cum mea illud nihilo pl. ref. ξψω*, niſi quod *quom ψ. tum quom ſibi ea res nihilo pluris referet †. Mihi* quoniam cum *referet* ullo pacto iungi nequit, apparet ſedem corruptelae in elapſo poſt *mihi* uerbo quaerendam eſſe. Accedit quod in uerſus fine poſitum *mihi Θ* habet: cuius rei uim perſpicies ex annot. in III, 6, 40. Quapropter coniicio: *Tum cum, mihi oret, nihilo pluris referet, Quam ſi —*, h. e. ſi mihi uerba faciat, mecum loquatur. Sic *orare* Caſin. II, 8, 64. Quanquam uiam monſtraſſe ſatis habeo, feliciori inuento facile ceſſurus.

21. *ſepulchrum ΘΞΩβγζηι — μ. ſepulcrum ϛξψω. ſepulchra δϑ.* 22. *Sed autem quam ΔΘp*: ut eſt in Rudent. II, 5, 15. *Sed antequam ΞΩ — ω. umquam ψ.* 24. *mori me malim ΔΘpΞΩ — ϛϑιω*, Lingius de hiat. p. 21. *mori me malim miſera* MS. Schobingeri, *ζηκλμ. mori me mauelim ξ, m. m. mauolim ψ. mori mala me malim π* de coni. Camerarii. *moriri malim med †* olim, *moriri malim* tranſpoſito *me* ante *inopia* idem nuper.
25. *patri me †. arum Θ.* 26. *eodem Ξ. cauſa mea ΘΞζηκ — ω. mea cauſa Ω — ϛϑι.*

Pater ne noceat neu quid ei suscenseat
Mea causa de auro, quod eum ludificatus est.
Nam illi aequumst me consulere, qui causa mea
Mendacium dixit. Vos me sequimini.

PISTOCLERVS ADOLESCENS.

Rebus aliis anteuortar, Bacchis, quae mandas mihi:
Mnesilochum ut requiram atque ut eum mecum ad te adducam simul.
Nam illud animus meus miratur, si a me tetigit nuncius,
Quid remoratur. Ibo et uisam huc ad eum, si forte est domi.

---

27. *ne* ΘΞΩ — ψ. om. ω (inconſulto.) *neu* om. δϑ. *ſuſcenſeat* ΔΘp. *ſubcenſeat* Ω — ςϑι. *ſuccenſeat* Ξζηϰ — ξω. 29. *aequumſt* ΘΩζη. *aequomſt* ϰλμψ. *aequum* (*equum* Ξ) *eſt* β — ςϑιξ. *aequom eſt* ω. 30. *mendacium* ΘΞΩβγς — ω. *mendatium* Δpδ. *mendacium nunc* † olim, *mendacium iam* nuper. *dix̄* Θ. *uoſ* ΘΞΩ — ςϑιω. *nunc uos* ζηϰ — ψ. Vt uerſuum menſura conſtet, hanc propono ſcripturam:

Nam illi nunc aéquumſt mé conſúlere, qui mea
Cauſá mendácium dixit. Vós me ſéquimini.

Niſi forte intactus relinquendus prior ſit, in altero autem ſcribendum *uós me núnc conſequimini*, quod ſic pictum *uoſmenc̄c̄ſequimini* facile corrumpebatur.

Actus III. Scena V.

Piſtocleruſ adoleſcenſ Ξ. om. Θ. *Piſtoclerus* Ω — ω.

1. *PISTOCLERVS.* *ebuſ* Θ. *anteuortar* ΘpΞξψω. *anteuertar* Δ. *anteuortat* Ω. *anteuortā* β — ιλ, *anteuortam* ϰμ: „contra codd. ant." Brix. mg. *anteuortant* ζη. *anteuortaſ* „antiqui codd." Pii. 2. *mecum* ΔΘpgΞΣΩ — ω. *medicum* ξ altera et quae hanc ſecutae. *medecum* Meurſius p. 180. *adducam* ΔΘpgΞΩ — μψω, ſed ut Δp initio *aducam* habuerit, poſtea ſup. lin. adiectum ſit *d*. *ducam* ξ. 3. *miratur meús* ζηϰλμ. *ſi a me tetigit* ΔΘpΞΩ — ω. *ſi amecum tetigit* Pontanus ap. Taubm. *nunciuſ* ΘΩ — ξω. *nuntiuſ* Ξψ.

MNESILOCHVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES DVO.

MNESILOCHVS.

Reddidi patri omne aurum. Nunc ego illam me uelim
Conuenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.
Sed ueniam mihi quam grauate pater dedit de Chrysalo!
Verum postremo impetraui, ut ne quid ei suscenseat.

PISTOCLERVS.

Estne hic meus sodalis?

MNESILOCHVS.

Estne hic meus hostis, quem aspicio?

PISTOCLERVS.

Certe is est.

MNESILOCHVS.

Is est: adibo contra et tollam gradum.

Actus III. Scena VI.

Mnesilochus — duo Ξ. *om.* Θ. *Mnesilochus. Pistoclerus* Ω — ω.

1. *MNESILOCH̄ eddidi* Θ. *Omne patri reddidi* † olim. Fort. *iam* excidit: *patriiāomne*, ut III, 4, 18. *nunc* ΔΘpΞΩ — μψω. *nunc nunc* ξπ. *uelim conuenire*] *conuenire uelim* ζηκλμ. 3. *ueniam* ΘΞζηι(de corr. Pii)κ — ω. *conueniam* Ω — ςϑ. *crysalo* Θ. 4. *inpetraui* ψ. *suscenseat* ΔΘp, „ut saepe“, ψ. *subcenseat* ΞΩ — ςϑι. *succenseat* ζηκ — ξω. 5. *meus hostis quem aspitio* Θ. *hostis quem aspicio meus* ΞΩ — ω, nisi quod *adspicio* ψ. Illud si etiam in Δ sit, suspicer poetam antiqua forma usum *aspicor* uel *aspico*, facta ad similitudinem *conspicor*, *conspico* uocis. 6. *MNES. Is est adibo contra et tollam gradum* ΔΘpg ΞΩ — μω, nisi quod *contollam* in Δp factum manu Camerarii. Vnde *contra et contollam* ξπ, *contra contollam* ψ. Sed *MNES. Is est. PIST. Adibo contra. MNES. Contollam gradum* Acidalius c. 5. p. 203., †.

PISTOCLERVS.

Saluus sis, Mnesiloche.

MNESILOCHVS.

Salue.

PISTOCLERVS.

Saluus quom peregre aduenis, Coena detur.

MNESILOCHVS.

Non placet mihi coena, quae bilem mouet.

PISTOCLERVS.

Num quae aduenienti aegritudo obiectast?

MNESILOCHVS.

Atque acerrume.

PISTOCLERVS.

Vnde?

MNESILOCHVS.

Ab homine, quem mihi amicum esse arbitratus sum antidhac.

PISTOCLERVS.

Multi more isto atque exemplo uiuunt, quos quom censeas

---

7. *ſaluuſ* bis ΘΞΩ—ιξ. *ſaluos* κλμψω. *ſis*] *ſies* ζηκλμ. *cum* ΘΩ—ξω. *quom* Ξψ. 8. *caena* Θ, *cena* Ξψ: quae diſcrepantiae mox redeunt. 9. *egritudo* ΔρΞ. *aegritudo* ΘΩ—ω. *obiectaſt* Θψ. *obiecta eſt* ΞΩ—ω. *acerrume* ΔΘρΞψ. *acerrime* Ω—ϛϑξ. *acerrima* ζηι (de coni. Pii). *acerruma* κλμω. Fort. *acerruma* ƶ h. e. *eſt*. 10. *amicum*] *antii cū* Θ, eraſa inter *i* et *c* littera, quae uidetur *r̄* fuiſſe. *antedhac* ψ: „ita ΔΘρ, ſed Δ *antedhac*". Voluit igitur *antidhac*, atque ſic Θζηκ—ξω. *ante hac* ΞΩβγϛι. *ante hace* δϑ. 11. *uiuont* κλμ†. *cum* ΘΩ—ιξω. *quom* Ξψ.

Esse amicos, reperiuntur falsis falsimoniis,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.
Nullus est, qui non inuideat rem secundam optingere;
Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui recte cauent.

MNESILOCHVS.

Edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes.
Sed etiam unum hoc ex ingenio malum malo inueniunt suo:
Nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnis habent;

---

12. *eſſe* Θξψω. *tibi* ΞΩ—μ. Vnde fort. ſcrib. *Tibi eſſe amicos.* *falſiſ falſimoniiſ* ΔΘpgΞ. *falſis teſtimoniis* Ω—ςϑ. *falſi teſtimoniis* ζηι (de coni. Pii.) *falſi falſimoniis* κ—ω̈.
13. *ſubleſta* Ω—ω. *ſubueſta* Δp „initio, ſed poſtea ſupra lin. poſitis *r* et *ſ* litteris factum eſt *ſubuerſa*“. *ſubuecta* Θp. („*ſubueſta*, *ſubuecta*, *ſubuerſa* ΔΘg.“) *ſub ueſta* Ξ. *ſubficta* Σ, MS. Pauli Stephani ap. Pareum. *ſubleſti* Acidalius p. 204. 14. *qui non inuideat* ΔΘpgΞΩ—ψ, niſi quod *inuidea* ι. *quoi non inuideant* ω de coni. Douſae Expl. II, 23. p. 207., prob. Acidalio. *optingere* Δp. *obtingere* ΘΞΩ—ω. 15. *Sibi ne inuideatur ipſi* ΔΘpΞΩ—ω. *Alteri: ſibi ne inuideatur, ipſi* Lambinus. *Ne ſibi inuideatur ipſis* Acidalius. *Sibimet ne inuideatur ipſis* † olim. *ignaui recte cauent* ΘΞΩ—ςϑιξψω. *ignaui cauent recte* ζηκλμ. *recte* (olim *recte id*) *ignaui cauent* † tacite. 16. *Edepol ne* ΔΘpΩβγς et interpoſito *tu* proximo Ξ. *edepol nae* ιξψω. *aedepol ne* δζηϑ. *aedepol nae* κλμπ. Voculis *ne*, *perquam meditate* in Θp ſuperſcriptae ſunt *certe*, *ualde ſapienter* (et eadem quidem manu.) Praeterea Soſipater Chariſius p. 184, 7. haec habet: „*Meditate.* Plautus in Bacchidib. *Aedepol nae tu illorum mores perquam meditate, tenes.* in quibusdam non ferunt“. 17. *malo* ΘΞΩζηκ—ω. om. β—ςϑι. 18. *ſunt*] *ſ̄* Θ. *ſeſe omniſ* ΘΞζηξψ. *ſeſe omnes* ω. *ſeſe omneis* κλμ. *ſe omnis* Ω—ςϑι.

Atque hi se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existumant.
Sicut est hic, quem esse amicum ratus sum atque ipsus sum mihi:
Ipse, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali,
Faceret in me, inconciliare copias omnis meas.

Pistoclervs.

Improbum istunc esse oportet hominem.

Mnesilochvs.

Ita esse ego arbitror.

Pistoclervs.

Obsequere hercle, loquere, quis is est?

Mnesilochvs.

Beneuolens uiuit tibi.

---

19. *hi ſe* Θ (ſed ut ante raſuram uideatur *hic* fuiſſe) Ξ. *ii ſe* ξψω. *ſe* ſine *ii* Ω—ι. *eſſe* κλμ. *quom* Ξψ. *cum* ΘΩ—ξω. *fruſtrantur, fruſtrari* ΘΞΩγ—ω. *fruſtantur fruſtrari* β. *fruſtrant, fruſtrare* Acidalius p. 204., quorum poſteriore non opus eſt, prius eo commendabilius, quod *fruſtrant̃* ſcriptum in Θ. Mirus eſt Conr. Schneiderus Gramm. lat. I, p. 557. *fruſtrari* delens. *exiſtumant* Θκλμψω. *exiſtimant* ΞΩ—ιξ. 20. *ſum atque ipſuſ* ΘΞξψω. *ipſus* (ſine *ſ. a.*) Ω—ϛϑι. *ipſus iam* ζηκλμ. 21. *ipſe* ΘρΞΩ—μ. *ille* Δξψω. *adcuratum* ψ. 22. *faceret in me inconcilliare* ΔΘp. *faceret in me conciliare* Ξ. *facere in me inconciliare* Ω—μ. *facere et in me inconciliare* ξψω. *facere in me et mi 'inconciliare* Acidalius p. 205. *facere in med inconciliare* † olim, *facere et in mihi conciliare* idem nuper. Infinitiuum alterum ſi ferri non poſſe conſtiterit, leniſſimum omnium putarim: *fáceret in me, incónciliáret.* *omniſ* ΘΞΩ—ιξψ. *omneis* κλμ. *omnes* ω. 23. *Inprobum* ψ. *iſtunc* ΘΞζηκ—ω. *iſtuc* Ω—ϛϑι. *eſſe*] *eum eſſe* ζηκλμ. 24. *obſequere* ΘΞΩ—μ. *obſecro* ξψω. *eloquere* ι. *quiſ iſ* ΘΞκ—ω. *quis* Ω—ι. *qui is* †. *beneuolenſ* Θξω. *beniuolens* ψ. *benevalenſ* ΞΩ—μ.

Nam ni ita esset, tecum orarem, ut ei, quod posses mali
Facere, faceres.

PISTOCLERVS.

Dic modo hominem, qui sit. Si non fecero
Ei male aliquo pacto, me esse dicito ingnauissimum.

MNESILOCHVS.

Nequam homo est: uerum hercle amicus est tibi.

PISTOCLERVS.

Tanto magis
Dic, quis est: nequam hominis ego paruipendo gratiam.

MNESILOCHVS.

Video non potesse, quin tibi eius nomen eloquar:
Pistoclere, perdidisti me sodalem funditus.

PISTOCLERVS.

Quid istuc est?

MNESILOCHVS.

Quid est? Misine ego ad te ex Epheso epistolam
Super amica; ut mihi inuenires?

---

25. *ni* ΘΞζηι(de corr. Pii)κ — ω. *ne* Ω — ϛϑ. *ut* om. Ξ. *eii* †. Sed pronuntiare licet *orárem út ei.* *mali facere* ΘΞξψω. *male ſacere* Ω — μ. *ſecero*] *ſaecero* Θ, puncto ſub *a* poſito, quo inducendam eam litteram eſſe ſignificatur. 27. *ei* ΘΞΩζηι (ſecundum Pium)κ — ω. *et* β — ϛϑ. *eſſe* ΘΞξψω. *etiam* Ω — μ. *ignauiſſimum* ΞΩ — ιξω. *ignauiſſumum* κλμψ. *ignauiſmum* (with *ſi* above) Θ. 28. *homoſt* κλμψ. 29. *Dice quis is eſt* † olim, tranſponens *hominis* poſt *ego.* *nequam hominiſ ego* ΘΞΩ — ϛϑιξψω. *nequam iſtiuſmodi hominis ego* ζηκλμ. *ego nequam hominis* † nuper. Ictuum et hiatuum cumulata inelegantia intolerabilis uiſa aut ſic deuitetur: *nequám ego hóminis*, aut inſerta particula uelut *nequam hóminis pól ego.* 30. *poteſſe* Θξψω. *poſſe* ΞΩ — μ. *eloquar* ΘΞζηκ — ω. om. Ω — ϛϑι, „ſubintelligendum" ait Pius. 32. *Quid iſtuc*] *Qui iſtuc* κλμ. *Quid eſt*] *Quid ſit* †. *miſine* ΞΩ — ω. *me ſine* Θ. *ad*] *a* ι. *epiſtulam* ψ.

PISTOCLERVS.

Fateor factum, et repperi.

MNESILOCHVS.

Qui? tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia,
Quibuscum haberes rem, nisi cum illa, quam ego mandassem tibi,
Occiperes tute amare et me ires consultum male?

PISTOCLERVS.

Sanun es?

MNESILOCHVS.

Rem repperi omnem ex tuo magistro: ne nega.
Perdidisti me.

PISTOCLERVS.

Etiamne ultro tuis me proiectas probris?

MNESILOCHVS.

Quid amas?

PISTOCLERVS.

Bacchidem: duas ergo hic intus eccas Bacchides.

---

33. *factum* om. ζη. *repperi* ΘΞΩ — ω: quod moneo propter † et alios quoſdam. 34. *qui* ΔΘpgΞΩ — ιξψω. *quid* κλμπ†. *meretricum* Θ (i above e), puncto ſub *e* poſito. *abarum athaenis* Θ. 35. *Quibus quum* ζ. *cum illa* ΘΞΩ — ςϑιξψω. *illam* ζηκλμ,† olim. 36. *occiperes tute* (uel *tu te*) *amare* ΔΘpgΞΩ — ω. *occiperes eam tute amare* Lambinus. *tute amare occiperes* † olim, nunc iambicum comminiſcens. Ego in *tuteamare* latere puto *ut tu éam amáre.* Sic *éăm* III, 3, 68. *ĕŭm* II, 3, 15. III, 3, 36. *med* †. 37. *ſanum* ΞΩζηλ. 38. *Perdidi* η. *proiectaſ* ΘpΞΩ — ξ. *prolectaſ* Δpg; Pal., ψω. 39. *MN. quid amaſ? PI. Bachidem. duaſ* Θ. *quid clamaſ? MN. bachidem. PI. duaſ* ΞΩ — ςϑι. *quid amas? MN. bacchidem. PI. duas* Σ uet., ζ(*amas* „ex uet. codice")ηκλμ. *MN. quid amas Bacchidem? PI. duas* ξψω. „*clamaſ* Σ".

MNESILOCHVS.

Quid duae?

PISTOCLERVS.

Atque ambas sorores.

MNESILOCHVS.

Loqueris nunc nugas sciens.

PISTOCLERVS.

Postremo, si pergis parum mihi fidem arbitrarier,
Tollam ego ted in collum atque intro hinc auferam.

MNESILOCHVS.

Immo ibo, mane.

PISTOCLERVS.

Non maneo, neque tu me habebis falso suspectum.

MNESILOCHVS.

Sequor.

---

40. *duae* ΘΞΩ — ςϑιξψω. *duas* ζηκλμ. *ſororeſ* Θζ(„ex uet. cod.")ηκ — ω. om. ΞΩ — ςϑι: cuius erroris origo patet ex Θ, ubi *ambaſ* eſt in fine uerſus, *ſororeſ* autem, ut fere fit, ſigno praemiſſo in fine prioris adiicitur. *loquere* †. 41. *Poſtremo*] *ego ex* u. ſeq. huc tranſtulit †. *ſpergis* Ωβγς. *parum mihi fidem* ΔΘpgΞΩ — ω, Gulielmus Quaeſt. c. 3. p. 154. *paruam mihi fidem* †, Bentleius in Ter. Eun. I, 2, 117. cf. Phorm. V, 3, 27. „Nonnulli legunt *fidei*: alii *fidei eſſe*." Lambinus. Lenius hoc, quam cuipiam uideatur: quando et *parum* poteſt monoſyllabum eſſe et *fideē* h. e. *fide eſſe* facile tranſire in *fidē*, ut eſt in Θ. 42. *ted* Θξψω. *tet* Z. *te* Ω — μ. *auferam. MN. immo ibo* Θκ — ω. *auferam. MN. immo ibi* Ξζη. *auferam. immo. MN. ibi* Ω — ςϑι: nisi quod praeter conſtantem conſuetudinem hoc loco *imo* Ω.

PARASITVS.

Parasitus ego sum hominis nequam atque inprobi,
Militis, qui amicam secum auexit ex Samo.
Nunc me ire iussit ad eam et percunctarier,
Vtrum aurum reddat, anne eat secum semul.
Tu dudum, puer, cum illa usque isti semul:
Quae harum sunt aedes, pulta, adi actutum ad fores.
Recede hinc dierecte: ut pulsat propudium!
Comesse panem tris pedes latum potes,
Fores

Actus IV. Scena I.

Parasituſ Ξδθ. om. Θ. *Paraſitus* (.) *Puer* Ωβγςζημ—ω. *Paraſitus puero* κλ.

1. *PARAS. Paraſitus*] *araſituſ* Θ. *hominiſ nequam* ΔΘpΞΩ—ςθιω. *nequam hominis* ζηκ—ψ. *inprobi* Θψ. *improbi* ΞΩ—ξω. 3. *me ire*] *mei re* Θ. *percunctarier* ΔΘρω. *percontarier* ΞΩ—ψ. 4. *utrum* ΘΞζηκ—ω. *utrumne* Ω—ςθι. *ſemul* ΔΘp, Pal., Ξψ. *ſimul* Ω—ξω. 5. *Tu dudum puer* ΔΘgpΞδθψω. *Pu. Tu dudum puer* Ωβγςι. *I tu puer qui dudum* ζηκλμ. *Tu qui dudum puer* Lamb. de coni. Camerarii. *Tu dudum puere* Bothius, ſimul *illa* mutato in *illac*. *illa uſque iſti* ΔΘgΞΩ—μψω, (*iſti* etiam ΔΘp.) *illac usque iuiſti* ξ. *ſemul* Pal., ΘΞψ. *ſimul* Ω—ξω. 6. *que* Θ. *harum* ΘΞΩ—ω. *harunc* †. *edeſ* Θ. *foreſ* ΘΞΩ—ξω. *foris* ψ.
7. *Paraſiti* perſonam praemittunt Ωβγςι, eaedemque *Puero* tribuunt *ut pultat* e. g. ſ. Nihil eiusmodi in ΘΞδζηθκ—ω. *Recede* ΘΞδζηθκ—ω. *Pa. Recede* Ωβγςι. *Recedin* †. Sed productae et primae et ſecundae ſyllabae *dierectus* uocis (de qua cf. Roſt. Plaut. Cuped. ferc. III. p. IV. ſqq. Lipſ. a. 1812.) exempla haec habe: Capt. III, 4, 103. Curc. II, 1, 29. Menaechm. II, 3, 87. Merc. I, 2, 72. Ambiguum eſt Poen. I, 2, 134. In reliquis triſyllaba uox eſt: Caſ. I, 1, 15. Moſt. I, 1, 8. Merc. IV, 4, 16. Poen. I, 1, 32. Trin. II, 4, 56. et ut uidetur Rud. IV, 4, 126. *ut* ΘΞδθξψω. *Pu. ut* Ωβγςι. *en ut* ζηκλμ. *pulſat* ΘΞΩ—ιξψω. *pultat* κλμ†. 8. *commeſſe* Δp. *cōmeſſe* Θ. *triſ* ΘΞΩ—ιξψω. *treis* κλμ.

Fores pultare nescis. Ecquis his in aedibus est?
Heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?
Ecquis exit?

PISTOCLERVS ADOLESCENS. PARASITVS.

Pistoclervs.

Quid istuc? quae istaec est pulsatio?
Qui te mala crux agitat, qui ad istunc modum
Alieno uiris tuas extentes ostio?
Fores pene ecfregisti. Quid nunc uis tibi?

---

9. *Foris* ψ. *pultareſ* Θ ante corr. *ecquiſ* Ξδζηϑϰ —ξω. *Pa. ecquis* Ωβγϛι. *PVER. ecquiſ* Θψ. *hiſ* ΔΘp, Pal., Ω—ϛϑ—μψω. om. ζηξ†. *iſ* Ξ. Ad librorum fidem neſcio an non propius liceat quam ſic accedere: *Neſcis fores pultare. Ecqui his in aedibuſt?* 10. *hic eſt* ΘΩ—ω. *eſt hic* Ξ. *oſtium* Θδζϑϰλμψω. *hoſtium* ΞΩβγϛηιξ. 11. *ecquis exit* (*erit* ϰλμ) priori uerſui iuncta habent ΔΘgpΞΩ—ϛϰλμψ, ſeiuncta ξω, omittunt ζη, cum proximis in unam ſcenam conglutinauit †. *Ecqui exit* ſcribendum uidetur.

Actus IV. Scena II.

Piſtocleruſ adoleſcenſ. Paraſituſ Ξ. om. Θ. *Piſtoclerus. Paraſitus* Ω—ιξψω. *Piſtoclerus et Paraſitus* ϰλμ.

PIST. Quid] *uid* Θ. *iſtuc? quae* ΔΘgpΞΩ—ϛϑιξω. *iſtuc que* Θ. *iſtuc eſt? quaenam* Κζηϰλμ, Meurſ. p. 130. *iſtec* ΘΞΩ. *pulſatio* ΔΘpΩ—ιξψω. *pultatio* ΞΚϰλμ. 2. *qui* ΔΘpψ. *quae* Ω—ω. *que* Ξ. Scribendum puto *Quid? quae —.* *agitat mala crux* † mirabiliter. *qui ad iſtunc* ΔΘpΞΩ—μψ. *quia diſtunc* Θ. *ad iſtunc qui* ξω, Acidalius p. 205. 3. *uiriſ tuaſ* ΔΘpψ. *uires tuas* ϰ—ξω. *iuriſ tui* ΞΩ—ϛϑ. *oſtio* Θδϑϰ—ω. *hoſtio* ΞΩβγϛ. Totum uerſum in codd. antiq. ſic legi prodit Pius: *alieni iuris tu extentes hoſtium*, quod ſeruato *tui* recepit ι; ſic autem efformarunt ζη: *alieno extenteres ſuum ius oſtio*; ſic denique initium tranſpoſuit Lamb.: *uireis tuas alieno e. o.*, idem nonnullos *oſtentes* legere monens. 4. *pene* ΘΩ—ξ. *pone* Ξ. *paene* ω. *penes* ψ (inconſulto puto.) *ecfregiſti* Bothius. *exfregiſti* Δ, Pal. ψ. *effregiſti* ΘpΞΩ—ξω.

Parasitus
Militis,
Nunc m
Vtrum
Tu du
Quae

Rec
Co

quem quaeritas?

Nihil scio nisi Bacchidem.
eam Cleomachus,
reddat aureos, [560]
hodie eat secum semul.

PISTOCLERVS.

iuram. Abi et renuntia.
illum. Duc te ab aedibus.

PARASITVS.

PISTOCLERVS.

At scin, quam iracundus siem?
haud longe est os ab infortunio:
haec meis manibus gestiunt.

adolescens ΞΩ—ϛϑξψ. adolescens Ξζηκλμω. PIST.] sic per totam scenam, nisi quod PI. u. 10. 18. 20., 21. 22. 23. prorsus omittit. queritas ΔΘpΞΩ. ΘΩ—ω. utran Ξ. utramne olim †. 7. cleoma- semul ΔΘp, Pal., Ξ. simul Ω—ω. 10. it ΘΞδζ Pii)—ω. id Ωβγϛ. negato ΔΘpΞΩ—ω. negat p. 205., †. renuntia ΘΞΩ—ζϑκμψ. renuncia ηλξω. illu ΘΞΩδζηκι (de coni. Pii)—ω. ille βγϛϑ. edibus 12. scin ΘΞΩζηκ—ω. sin βγδϛϑι. 13. ne ΔΘp ω. haud longe est ΘΞΩ—ξω. haut lon- 14. Hariolatur Meursius p. 130.

PARASITVS.

Quom ego huius uerba interpretor, mihi cautiost,
Ne nucifrangibula excussit ex malis meis.
Tuo ego istaec igitur dicam illi periculo.

PISTOCLERVS.

Quid ais tu?

PARASITVS.

Ego istuc illi dicam.

PISTOCLERVS.

Dic' mihi,
Quis tu es?

PARASITVS.

Illius sum integimentum corporis.

PISTOCLERVS.

Nequam esse oportet, quoi tu integumentum inprobus es.

PARASITVS.

Sufflatus ille huc ueniet.

PISTOCLERVS.

Dirruptum uelim.

---

15. *quom* Ξψ. *cum* ΘΩ—ξω. *cautiost* Θκλμφ. *cautio est* ΞΩ—ιξω. 16. *nucifrangibula* Ωβγςι. *excussit ex*] *excusserit* Ξ. *ex* Θζηκ—ω. om. Ω—ςθι. 17. *isthaec* ζη.

19. *tu es* ΘΞΩ—ςθιξψω. *es tu* ζηκλμ. *integimentum* ΔΘρ, Pal., ψ. *integumentum* ΞΩ—ξω. 20. *quoi tu integumentum* ΔΘρ κλμω. *quoi tu integimentum* ψ. *cui tu integumentum* ΔΘg, Θ, ΞΩ—ιξ. *improbus es* ΔΘgΞΩ—ξω. *inprobus es* Θψ. *Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est* Turnebus Aduers. XXIV, cap. 11.: „contra ΔΘρ." *quoi tam integumentum inprobum est* †. 21. *dirrumptum* Θψ. „*dirruptum*] sic ΔΘρ." *diruptum* ΞΩ—ξω.

PARASITVS.

Numquid uis?

PISTOCLERVS.

Abeas celeriter, factost opus.

PARASITVS.

Vale, dentifrangibule.

PISTOCLERVS.

Et tu, integumentum, uale.
In eum nunc haec reuenit res locum, ut, quid consilii
Dem meo sodali super amica, nesciam,
Qui iratus renumerauit omne aurum patri:
Neque nummus ullust, qui reddatur militi.
Sed huc concedam, nam concrepuerunt fores:
Mnesilochus eccum moestus progreditur foras.

---

22. *numquid* Ωζηϰ—ω. *nunquid* β—ϛϑι. *nunc* Θ, ſed ut *un* litterae correcturam paſſae ſint. *factoſt* ΘΞψ. *facto eſt* Ω—ξω. 23. *dentifrangibile* ξ. *intagumentum* Θ m. pr., *intugumentum* m. ſec. *integimentum* ψ. 24. *nunc haec reuenit reſ* ΔΘgΞΩ—ϛϑιψω. (*haec reuenit* etiam ΔΘp: ſed in Θ certe *haec* eſt.) *nunc reuenit res* ζηϰλμ. *nunc haec uenit res* ξ. *reuenit res* ſine *nunc haec* e Pal. notauit et in Suſp. Lect. V, 15. attulit Scioppius: falſiſſime. *num haec res uenit* Lamb. *quid*] *qui* Ξ. 25. *dem meo* ΘΞζ(„ex uett.“)ηϰ—ω. *deo* Ω. *dem* β—ϛϑι. 26. *iratus*] *ratuſ* Ξ. *remunerauit* Ω. 27. *ulluſt* Θζηϰ—ω. *ulluſ* ΞΩ—ϛϑι. 28. *concrepuerunt* ΘΞζηϰ—ω. *crepuerunt* Ω—ϛϑι. 29. *mneſilocus* β—ϛϑι. *eccom* ψ. *meſtuſ* ΔΘpΞ. *moeſtus* ζηι (de coni. Pii) ϰ—ω. *moleſtus* Ω—ϛϑ. *progreditur* ΘΞζηϰ—ω. *pergreditur* Ω—ϛϑι.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.

MNESILOCHVS.

Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato,
Sine modo et modestia sum, sine bono iure atque honore,
Incredibilis imposque animi, inamabilis, inlepidus uiuo,
Maleuolente ingenio natus: postremo id mihi est, quod uolo
Ego esse aliis: credibile hoc est? Nequior nemost neque indignior, quoi di

---

Actus IV. Scena III.

Mneſilochuſ. Piſtocleruſ. Ξζηκ—ω. om. Θ. *Mneſilocus. Piſtoclerus.* Ω—ςϑι.

1. De numeris uide Hermann. Elem. doctr. metr. p. 92. *Petulans*] *MNES. etulanſ* Θ. *propteruo* ΔΘpψ. *incogitabili* coni. Lamb. 2. *honore* ΔΘpΞΩ—ω. *more* Acidalius p. 205. 3. *impoſque* ΞΩ—ςϑιξψω. *impoſquae* Θ. *impos* ζηκλμ. *inlepiduſ* ΘΞΩ—μψ. *illepiduſ* ξω. *inlepidus, inamabilis* transpoſuit †. 4. *maleuolente* ΘΞΩ—ξω. *maliuolente* ψ. *ingenio* ΔΘpgΞΩ—ςϑξψω. *genio* Κζηι (de coni. Pii) κλμ, Meurſius p. 131., Palmerius Spicileg. fol. 223. a., Gronouius Lect. Plaut. p. 177. *mihiſt* κλμψ. *uolo* Δgp pr. man., ΘpΞΩ—ϑκλμψ, Κ Meurſii p. 132. *nolo* Δpg man. ſec., „uetus lectio“ ap. Pium, ιξω, Wolffius de Canticis in Rom. fab. ſcen. p. 38.: recte puto, nisi pro trochaico octonario creticos uel bacchios aliquo artificio effingas.

5. De u. 5 — 14. fere Hermannum ſequor El. doctr. metr. p. 220., ſpretis et Bothii et Wolffii minutulis inconditisque uerſiculis, quorum rationem ab ipſis qui concupiuerint petant. Sed u. 5. conſtituo tetrametrum bacchiacum, u. 6. creticum trimetrum. Verba *Ego eſſe — nemoſt* Θ habet in marg. ſuper. ſcripta eadem manu. *ego eſſe aliis. credibile hoc eſt* Θξψω. *ego eſſe aliiſ incredibile: hoc* Ξ. *ego aliis incredibile hoc* Ωβγςι. *ego aliis incredibilis hoc* δϑ de coni. Sarraceni. *eſſe. ego aliis credibile hoc?* ζηκλμ. *nemoſt* Θψ. *nemo eſt* ΞΩ—ςϑιξω. *nemo* ζηκλμ, *eſt* tranſpoſito poſt *indignior.* *quoi* Ω—μψω. *quo* Θ. *qoi* ξ. *cui* Ξ. *di* Θκλμψ. *dii* ΞΩ—ιξω. Scribendum *dei.*

Benefaciant, neque quem quisquam homo aut amet aut adeat.
Inimicos quam amicos aequumst me habere:
Malos quam bonos par magis me iuuare.
Omnibus probris, quae improbis uiris
Digna sunt, dignior nullus est homo,
Qui patri reddidi omne aurum amans, quod fuit Prae manu. Sumne ego
Homo miser? perdidi me atque operam Chrysali.

PISTOCLERVS.

Consolandus hic mihist: ibo ad eum. Mnesiloche, quid fit?

---

7. *quiſquam* ΔΘρψω et poſt *homo* collocatum ζηκλμ. *quiſpiam* Ξ. *quiſque* Ω — ςϑιξ. 8. *equuſt* (ortum ex *equūſt*) Δp. *equum eſt* Ξ. *aequum eſt* Ω — ιξ. *aequomſt* κλμ. *aequiuſ eſt* Θg. *aequiuſt* Θρψ. *equiuſt* Θ. *me* ΘΞΩ — ω. *med* Hermannus: uere. 9. *par magiſ* Θξψω. *permagiſ* ΞΩ — ςϑι. *magis* ζηκλμ. 10. *que* Θ. *quae* ζηκ — ω. *quam* ΞΩ — ςϑι. *probriſ* ΘΞζηκ — ω. *probis* Ω — ςϑι. *improbiſ* ΞΩ — ξω. *inprobriſ* ΔΘp. *improbriſ* Θ. *inprobis* ψ. 11. *digna ſunt* Ξζ(„ex codd. ant.“)ηκ — ω. *digna eſt* Ωβγς, quod ortum ex frequenti ſcribendi compendio *digna ſ̄* Θ h. e. *ſunt*. *digna res eſt* δϑ de coni. Sarrac. *dignuſt* ι, quod ex antiquis exemplaribus memorauerat Pius. *nulluſ eſt* ΘΞΩ — ςϑξω. *nulluſt* ψ. *nullus ego* ι de coni. Pii. *eſt nullus* ζηκλμ. Numerorum genus explicauit Hermannus p. 216. Trimetrum creticum reſtituerem, ſi *núllus homoſt* ex iis uideretur choriambis eſſe, quos pro cretico commode feras. 12. *amanſ* ΘΞΩβγςιξψω. *amens* δζηϑκλμ. *quod* ΘΞΩ — ςϑιξψω. *quod mihi* ζηκλμ. 13. *manu* ΔΘρξψω. *manibuſ* ΞΩ — μ. *ſumne ego* ΔΘpΞΩ — ςϑιμ — ω. *ne ego ſum* ζηκ. *ne ego* λ. 14. *miſer?*] *Sumne ego nullius pretii?* add. Lambinus, quae ſe repperiſſe narrat ad oram libri N. Clerici aſcripta. Lacunae notas ibidem habet ξ. In ΔΘpg nihil eiusmodi. 15. E proximis octonarii trochaici eſſe u. 15. 16. 18. 22. 27. uidentur, reliqui ſeptenarii: utrique grauiuſcule affecti. Bothianas hallucinationes praetermitto. *Conſolanduſ* ΘΞΩ — ςϑ — ω. *Nunc conſolandus* ζη. *hic mihiſt* ΘΞψ. *hic mihi eſt* Ω — ςϑιξω. *mihi hic eſt* ζη. *mihi eſt* κλμ. Conſentaneum eſt *miſt* ſcribi. *ibo*] *abeo* ψ, inconſulto credo.

MNESILOCHVS.

Perii.

PISTOCLERVS.

Di melius faciant!

MNESILOCHVS.

Perii.

PISTOCLERVS.

Non taces, insipiens?

MNESILOCHVS.

Taceam?

PISTOCLERVS.

Sanus satis non es.

MNESILOCHVS.

Perii! multa mala mihi in pectore
Nunc acri atque acerba eueniunt. Criminin me habuisse fidem?
Inmerito tibi iratus fui.

---

16. *di* Θκλμψ. *dii* ΞΩ — ιξω. *diui* formá, quanquam in trita locutione nonnihil offenſionis habens, percommode tamen corruptis numeris conſulit. *tacens* ſola Ω. 17. Vt uerſus conſtet, uel ſcribendum *Sanus ſatis nunc non es*, uel (quoniam in Θ eſt *ſatiſ n̄ eſ*) *Sanus ſatine nunc es.* *mihi* ΘΞΩ — ϛϑ — ω. *mihi nunc* ζηκλμ. 18. *nunc acri* ΘΞ. *nunc acria* Ω — ϛϑιξψω. *nunc acra* K Meurſii p. 132. *acri* κλ. *acria* ζη. *acra* μ. Quum nec *acri* ſententia, nec *ăcria* ferat proſodia, *acra* formae autem non exſtet ſcenici poetae exemplum, neſcio an recte *nunc* deleatur quippe huc delapſum e u. 17. Vnum refugium in ſynizeſi parum commoda. *acerba* ΔΩ — ιμξω. *acerua* Θρψ. *acerbi* Ξκλ. *criminin me habuiſſe fidem* Θκ — ω. *crimini in me h. f.* Ξ. *crimini me h. f.* Ω — ϛϑι. *crimini me habuiſſe tuam fidem* ζη. *criminin fidem me habuiſſe* Bothius. Scribe *criminin med hábuiſſé fidem.* 19. *inmerito* Θψ. *immerito* ΞΩ — ξω. *iratuſ* ΘΞδζηϑι(de corr. Pii)κ — ω. *iartus* Ωβγϛ.

PISTOCLERVS.

Eia, bonum habe animum.

MNESILOCHVS.

Vnde habeam? Pluris mortuos preciist, quam ego sum.

PISTOCLERVS.

Militis
Parasitus modo uenerat aurum petere hinc: eum ego meis
Dictis malis his foribus atque hac reppuli, reieci hominem.

MNESILOCHVS.

Quid mihi id prodest? quid faciam? Nihil habeo, miser! Ille quidem
Hanc abducet, scio.

---

eia ΘΩ—ω. *eya* Ξ. *heia* †. *habe animum bonum* necessario transponendum. 20. *mortuos* seruaui, quia *mortuŏs* est in Θ. *mortuus* ΞΩ—ω. *preciist* ΘΞΩβδςϑιξ. *prebist* γκλ. *preci est* ζη. *pretist* μψ. *pretiist* ω. Scribendum, nisi fallor, *preciost*. 21. *modo uenerat* ΘΞΩ—ςϑιξψω. *uenerat modo* ζηκλμ. *petere hinc. eum ego meis* Θ, sed *eum* supra uersum scripto eadem manu, Ξζηκλμ. (*petere hinc* affertur e ΔΘp, *hinc* e Pal.) Idem interpungendi genus commendauit Acidalius p. 206. *petere: hinc eum ego meis* ι(de coni. Sarraceni et Pii)ξψω. *petere: hunc e. e. m.* Gulielmus Quaest. c. 3. p. 165. *petere. hinc eum ego me his* Ω. *p. hinc cum ego me his* βγς. *p. hinc eúm ego meis* δϑ. Pro *eúm egó meis* praestiterit *éum egomét meis*. 22. *his* ΘΞ, Leidensis academicus, ζηι(de corr. Pii)κ—ω. *hic* Ω—ςϑ. *atque hac* Θξψω. om. Ξζηκλμ. *atque* Leid., Ω—ςϑ. *aeque* ι de coni. Pii. *reppuli* Θκλμψ. *reppuli atque* Ξ. *repuli* Leid., Ω—ιξω. 23. *mihi id* ΞΩ—ςϑιξψω et supra scripto *id* Θ. *id mihi* ζηκλμ.

ille quidem ΔΘpΞΩ—ςϑ—ω. *et ille quidem* ζη. *illic quidem* Acidalius p. 206. Quodsi ferri non possit haec mensura: *Quid mihi id prodést? quid fáciam? nil habeó miser: ílle quidem* —, sequendus Acidalius et sic pronuntiandum: *Quid mi id pródest? quid fáciám? nil hábeo miser: illic quidem.*

PISTOCLERVS.

Si mihist, non pollicear.

MNESILOCHVS.

Scio, dares.

Noui: sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam * *

Nunc sat agitas tute tuarum rerum. Egone ut opem mihi

Ferre putem posse inopem te?

PISTOCLERVS.

Tace modo: deus respiciet nos aliquis.

MNESILOCHVS.

Nugae.

PISTOCLERVS.

Mane.

MNESILOCHVS.

Quid est?

PISTOCLERVS.

Tuam copiam eccam Chrysalum uideo.

---

24. *ſi mihi eſt* ΔΘp, Pal., κλμ. *ſi mihi eſt* aut *ſi mihiſt* ΔΘg. *ſi mihiſt* Θψ. *ſi mihi non eſt* Ω—ι. *ſi mihi ſit* ξω, probabiliter. *pollicear* Θξψω. *policeor* Ξ. *polliceor* Ω—μ. *dares*] *duis* †. 25. *ſed* ΔΘpgΞΩ—ξω. *ſed enim* ψ de coni. Acidalii, qui mox *amares* et *tantam fidem* propoſuit. *habeam tibi* ΘΞ Ω—ςϑιξψω. *tibi habeam* ζηκλμ. Ego lacunam ſignaui in fine uerſus. 26. *ſat tute*] *ſatrute* Θ. *egone ut* ΘΞκ—ξω. *egon ut* ψ. *egone* Ω—ι. *egone ut putem* Acidalius huc aſcita proximi uerſus uoce: contra ΔΘp. Tranſpoſitione ſi opus ſit, praeſtet hoc genus: *rérum: egone út opem mihi putem Férre póſſe inopém te? Táce modó: deus réſp. n. á.*. 27. *deuſ* Θκ—ω. *deuſ ſecunduſ* ΞΣΩ—ι. *reſpiciet noſ aliquiſ* ΔΘpΞΩ—ξω. *nos aliquis reſpiciet* ψ ſec. Acidalium. 28. *nuge* ΘΞΩ. *eccam* ΔΘpgΞ (ſimul interpungens) Ω—ω, niſi quod *eccum* Δp e corr. *eccum* Acidalius, †. *Chryſalum uideo* ΔΘgΞΩ—ςϑιξω. *chriſalum uideo* Θ. *uideo Chryſalum* ψ ſecundum Acidalium: quo non uidemur carere poſſe. *chryſalum* ante *tuam* tranſpoſuerunt ζηκλμ.

CHRYSALVS SERVVS. MNESILOCHVS PISTOCLERVS ADVLESCENTES.

CHRYSALVS.

Hunc hominem decet auro expendi, huic decet statuam statui ex auro.
Nam duplex hodie facinus feci, duplicibus spoliis sum adfectus.
Erum maiorem meum ut ego hodie lusi lepide! ut ludificatus est!
Callidum senem callidis dolis
Compuli et perpuli, mihi omnia ut crederet.
Nunc amanti ero filio senis,

Actus IV. Scena IV.

Chryſaluſ — Adulescenteſ Ξ. om. Θ. *Seruus* om. κλμω. *Mneſilocus* β — ςι. *Adulescentes* om. κλμω. *adoleſcens* Ω — ιξψ.

1. Incipit ſcena a tribus octonariis. *CHRYS.* om. Θ. *Hunc* ζηι(de corr. Pii)κ — ω. *unc* Θ. *Nunc* ΞΩ — ςϑ. *huic* ΘΞ ζηι(de corr. Pii)κ — ω. *huc* Ω — ςϑ. *decet* om. ζη. 2. *duplex* uidetur ſimplicis ſyllabae uicem tenere. *ſum adfectuſ* Δρψ. *ſum affectuſ* ΘΞΩ — ςϑιξω. *affectus ſum* ζηκλμ. 3. *erum* Θψ. *herum* ΞΩ — ξω. *ut ego* ΘΞΩ — ςϑ — ω. om. ζη: uid. ad u. 4. *ludificatuſ eſt* ΘΞΩ — ξω. *ludificatuſt* ψ. 4. In proximis aliqua ex parte ab Hermanni rationibus diſceſſi in Elem. doctr. metr. p. 220. ſq. propoſitis. Creticos tetrametros conſtitui u. 5. 8. 9. 17. 19. 20., catalecticum u. 16., dimetrum catalecticum u. 15.; bacchiacum tetrametrum u. 11., dimetros catalecticos u. 22. 23. Poſtremi generis, ut puſillorum exilitatem membrorum deuitarem, binos iunctim ſcripſi, itemque trochaicas binas penthemimeres u. 4. 6. 7.: quemadmodum pentametros ſcribimus elegiacos. Singulae eiuſdemmodi penthemimeres ſunt u. 10. 13. 18., cum dimetro cretico compoſitae u. 14. 24 — 28., cum monometro u. 12. 21. *Callidum*] *ut ego hodie callidum* ζημ. *callidis*] *calidiſ* cod. Romanus Longolii. 5. *conpuli* ψ. *perpuli* ΘΞζηκ — ω. *pepuli* Ω — ςϑι.

6. *ero* Θψ. *hero* ΞΩ — ξω. Hanc diſcrepantiam poſthac praetermittam. *ſeniſ* ΘΞζηκ — ω. *ſecuſ* Ω — ςϑι.

Quicum ego bibo, quicum edo et amo,
Regias copias aureasque optuli,
Vt domo sumeret neu foris quaereret.
Non mihi placent
Isti Parmenones, Syri, qui duas aut
Tris minas auferunt eris.
Nequius nihil
Est quam egens consilii seruus, nisi habet
Multipotens pectus.
Vbicunque usus siet, pectore expromat.
Nullus frugi esse potest homo, nisi qui et bene et
Male facere tenet.
Improbis cum improbus sit, harpaget furibus, furetur,
Quod queat: uersipellem frugi conuenit

---

7. *ego* et *quicum* om. *ζηκλμ.* Ceterum Hermannus hanc ſuadere pronuntiationem uidetur: *quicum egó bibo, quicum edó et amo*, cui neſcio an haec praeſtet: *quicum égo bibó, quicum édo et amo.* 8. *optuli ΔΘpΞ. obtuli Θζηκ — ω. attuli Ω — ςϑι.*
9. *quaereret*] *id quaereret Θ* ante raſuram. 10. *placent iſti ΘΞΩ — μ. iſti placent ξψ. placent ω.* 12. *triſ Minaſ Δψ. triſ mnaſ Θ*p, non ſatis uere: nam lineola imae *m* litterae adiecta eſt. *treſ minaſ ΞΩ — λξω. treis minas μπ.* 14. *conſilii ΘpΞΩ — ξω. conſiliiſ Δψ. ſeruuſ ΘΞΩ — ιξ. ſeruos κλμψω. niſi habet*] *niſi habeat* Hermannus. Ceterum hunc uerſum non eſt ueri ſimile ex iis eſſe, de quibus Hermannus expoſuit p. 216. (‒ ◡◡◡ ‒).
15. *multipotenſ ΔΘ*pg man. pr., *ΞΩ — μω. multipatenſ Δ*p man. ſec., *ξπψ. pectus* ante *multipotens* collocant *Ω — μ*, non *ΘΞξψω.* 16. *ubicunque*] *et ubicunque ζη. ſiet ΘΩ — ω. ſit Ξ.* Illud conſentaneum fuit ſeruari. *expromat ΘΞΩ — μ. expromat ſuo ξψω.* 17. Valde ſingularem horum menſuram excogitauit Ritterus El. gramm. lat. p. 152. *qui et bene*] *bene ζη. qui bene κλμ.* 19. *improbiſ cum ΔΘ*p*Ω — ςϑιξψω. improbuſ quom Ξ. improbus cum ζηκλμ. improbuſt cum* Hermannus. *improbuſ ſit ΘΩ — ςϑιξψω. improbiſ ſit Ξζηκλμ. inprobis* Herm.
*harpaget β — ςϑ — ω. arpaget ΔΘ*p. *arpaga Ξ. harpaga Ωζη. harpagat* Herm. *furetur* deleuit Hermannus: ueriſſime.
20. *uerſipellem ΘΞΩ — ω. ueſipelli Δ*p initio, poſtea *r* ſuperſcripto. (Voluit puto *ueſipellem.*)

Esse hominem, pectus cui sapit.
Bonus sit bonis, malus sit malis:
Vt quaecunque res sit, ita animum habeat.
Sed lubet scire, quantum auri erus sibi
Dempsit, et quid suo reddidit patri.
Si frugi est, Herculem fecit ex patre:
Decumam partem ei dedit, sibi nouem abstulit.
Sed quem quaero, optume ecce obuiam mihi est.
Num qui nummi exciderunt, ere, tibi,
Quod sic terram obtuere? quid uos moestos tam tristesque Esse conspicor?
Non placet, nec temerest etiam. Quin mihi respondeas.

---

21. *pectus*] *protectus* λ. *cui* ΘΞΩ—ιξ. *quoi* κλμψω. 22. *malus ſit malis*] *malis malus* ζηκλμ. 23. *ut quecunque* Δp man. pr., poſtea inducto *que* et ſupra ſcripto *qui*. *utcumque* Θpψ. *utcūque* ΘΞΩ—ι. *utcunque* κ—ξω. *uticumque* Hermannus.
25. *dempſit* ΘΞΩ—μψ. *demſit* ξω. *et quid* Δ man. ſec., ΘpΞζηκ—ω. *ecquid* Δ m. pr. *et quidem* Ω—ϛθι. 26. *frugi eſt* ΘΩ—ιξω. *frugi en* Ξ. *frugiſt* κλμψ. *patre*] *parte* Σ. 27. *decumam* Ω—ηι—ω. *decunam* ϑ. *decimam* ΘΞ. *partem* om. ζη. 28. *optume* Ξκλμξω. *obtume* Θp. *optime* Ω—ιξ. *ecce obuiam* ΘΞΩ—ϛθιξψω. *obuiam ecce* ξηκλμ. *mihiſt* κλμψ. Sed Soſipater Chariſius p. 187, 10. e Bacchidibus affert *oh oportune mihi eſt obuiam*. 29 — 32. Hos uerſus nondum credo recte diſpoſitos eſſe. Nec compoſitus ex u. 30. 31. trochaicus octonarius placet: nec duos eius numeri tetrametros ex u. 29 — 32. efficias ſine uiolentis mutationibus. *exciderint* Ξ. 30. *ſit* Θ, puncto ſub *t* poſito. *obtuere* Δp. Voluit puto *optuere*. Nam *obtuere* ΘΞΩ—ω. *meſtoſ* ΔΘpΞζ. *tam triſteſque* ΘΞζ(„ex codd. ant.")ηκ—ξω. *tam triſtiſque* ψ. *tanquam triſtes* Ω—ϛθ. *tamque triſtes* ι de coni. Pii. 33. *temereſt* ΔΘpκλμψ. *temere eſt* ΞΩ—ι. *eſt temere* ξω. *etiam*] *eia* Acidalius p. 206. *reſpondeaſ* Θpg. *reſpondetiſ* ΔpΞΩ—ω. Illud ſi diſpliceat, tranſponendum *reſpondetis mihi*.

MNESILOCHVS.

Quia malum parum, immo uero nimio minus, multo parum,
Chrysale, occidi.

CHRYSALVS.

Fortassis tu auri dempsisti parum?
Quid igitur, stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit
Mea uirtute parta, ut quantum uelles tantum sumeres,
Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus?
An nesciebas, quam eiusmodi homini raro tempus se daret?

MNESILOCHVS.

Erras.

CHRYSALVS.

At quidem tute errasti, cum parum immersti ampliter.

---

34. et 35. hoc ordine ΔΘpg, Σ uet., ΞΩ — μ, inuerſo ξψω: uere ut uidetur. *MNES.* Θξψω. om. ΞΩ — μ. *quia* ΔΘpg, Ω — μ, ſed ut Δp initio habuerit *qua*, *i* poſtea ſupra ſcriptum ſit. Similiter $\overset{i}{q}$*a* Ξ. *qui* ξψω. Saltem *quid* efficiendum e *quia*. *immo* Θξψ. *imo* ω. *MNES. immo* ΞΩ — μ. *multo parum* om. ζη.
35. *dempſiſti* ΘΞΩ — μψ. *demſiſti* ξω. 36. *CHRYS.* praemittunt ξψω, ut uerſui 35. *MNES.*: propter inſtitutam tranſpoſitionem.
Quid igitur tu ſtulte †. Vide num ſcripſerit poeta: *Quid malum igitur, ſtulte*: quibus Mneſilochi uerba *Quid malum parum?* irriderentur a Chryſalo. *quoniam*] *quō* Θ. Vide ad II, 3, 58.
37. *uirtute mea* ζηκλμ. 38. *ſic* ΘΞζηκ — ω. *ſi* Ω — ςϑι. *ſumebas duobus digitulis* †. *primoribuſ* ΘΞζηκ — ω. *prioribus* Ω — ςϑι. 39. *neſcibas* †. *homini*] *nomini* Pontanus. 40. *CHRYS.*] *CHRISALVS* Θ. *cum* ΘΞΩ — ςϑιξω. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *immerſti* ΘΞξω. *inmerſti* ψ. *immerſiſti* Ω — μ. *ampliter* pro *ample* dictum ex hoc uerſu notat Soſipater p. 60, 36. 176, 12., ubi corrupte legitur *in Bacchis*.

MNESILOCHVS.

Pol tu, quam nunc, me accuses magis, si magis rem noueris.

CHRYSALVS.

Occidi! animus iam istoc dicto plus praesagitur mali.

MNESILOCHVS.

Perii.

CHRYSALVS.

Quid ita?

MNESILOCHVS.

Quia patri omne cum ramento reddidi.

CHRYSALVS.

Reddidisti?

MNESILOCHVS.

Reddidi.

CHRYSALVS.

Omnene?

MNESILOCHVS.

Oppido.

CHRYSALVS.

Occisi sumus.

Qui in mentem uenit tibi istuc facinus facere tam malum?

---

41. *med* †, ſed prius Bentleius in Ter. Eun. II, 3, 65. *mage* † bis. *accuſes* Ω. 42. *CHRYS. Occidi* ΔΘϱΞΩ — ξ. *Occidi* (continuatum Mneſilocho). *CHRYS.* ψω de coni. Douſae. *animuſ iam* ΔΘϱΞψω. *iam animus* Ω — ξ. *animis iam* Nonii totum uerſum p. 476, 20. afferentis edd. Brix. a. 1483., Venetae a. 1490. 1498. *iſtφ* Nonius, *ſto* eaedem edd. uet. 43. *omnē* Ξ. 44. *omnene* ΘΩ — ω. *omne* Ξ. *oppido* Θξψω. *opido* Ξ. *omne oppido* Ω — μ. *reddidi aurum omne oppidi* affert Soſipater p. 187, 32.

MNESILOCHVS.

Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen, Chrysale,
Me male consuluisse: ob eam rem omne aurum iratus reddidi
Meo patri.

CHRYSALVS.

Quid, ubi reddebas aurum, dixisti patri?

MNESILOCHVS.

Me id aurum accepisse extemplo ab hospite Archidemide.

CHRYSALVS.

Hem, istoc dicto dedisti hodie in cruciatum Chrysalum;
Nam ubi me aspiciet, ad carnuficem rapiet continuo senex.

MNESILOCHVS.

Ego patrem exoraui.

CHRYSALVS.

Nempe ergo hoc ut faceret, quod loquor?

---

46. *suspicabat* Ω. *chrisale* Θ. Sic etiam u. 50. 54. 67. 70. 97. 47. *me* ΘΞΩ — ω. *mi* Lamb., *mihi* †. 48. *CHRIS.* Θ. Sic etiam u. 48. 50. 52. 64.: non item reliquis locis. 49. *me id aurum* ΘΞΩ — μ. *id aurum* ξψω. *accaepisse* ζηκλ. *hospite* ΘpΞΩ — ω. *ospite* Δ. *archidemide* ΘΞδζηϑι(de coni. Pii)κ — ω. *archimenide* Ωβγς. 50. *CHR. Hem* uulgo adiiciunt antecedenti uersui. *dedisti* ΔΘpgΞΩ — ξω. *dedidisti* ψ†. de coni. Acidalii p. 206. Nuper *hodie dedisti* †. Sed *hém* non eliditur. *incrutiatum* ΘΩ. *incruciatum* Ξβ — ι. 51. *ubi me aspiciet* ΘΞζ(„ex codd. ant.")ηκ — ω. *nisi me aspicet* Ω. *nisi me aspicit* βγςι. *ubi me aspicit* δϑ. *carnuficem* Θλμψ. *carnificem* ΞΩ — ιξω.

MNESILOCHVS.

Immo tibi ne noceat neu quid ob eam rem suscenseat:
Atque aegre impetraui. Nunc hoc tibi curandumst, Chrysale.

CHRYSALVS.

Quid uis curem?

MNESILOCHVS.

Vt ad senem etiam alteram facias uiam.
Compara, fabricare, finge, quod lubet, conglutina,
Vt senem hodie doctum docte fallas aurumque auferas.

CHRYSALVS.

Vix uidetur fieri posse.

MNESILOCHVS.

Perge ac facile haec feceris.

CHRYSALVS.

Quam, malum, facile, quem mendacii prehendit manufesto modo?
Quem si orem, ut nihil mihi credat, id non ausit credere?

MNE-

53. *ſuſcenſeat* ΔΘρψ. *ſuccenſeat* ΞΩ—ξω. 54. *egre* ΘΞ. *inpetraui* ψ. *aegre impetraui* affert Soſipater p. 176, 31. *curandumſt* ψ. *curanduſ eſt* Θ, ortum ex *curandūſt*. *curanduſt* κλμ. *curandum eſt* ΞΩ—ιξω. „*chryſale*“ *eſt* Ξ h. e. *eſt chryſale*. 56. *conpara* ψ. 57. „*hodie*] Ita Θp abſque aſpirat.“ *ſene modie* Θ. *fallaſ* ΘΞζηι(de corr. Pii)κ—ω. *falſas* Ω—ςϑ. *arumque* Θ. *auferas*] *ut auferas* ζηκλμ.
58. *ac* Θξψω. *ha* Ξ. *hac* Ω—μ, *K* Meurſii p. 132. *haec feceriſ* ΔΘρ(g)ΞΩ—ω. *ecfeceris* Meurſius, Palmerius Spicileg. p. 257., Acidalius p. 207., ✝. 59. *quam malum* ξψω. *quamalum* Θ. *qua malum* Ωβγςζηι. *qua (malum)* δϑκλμ. (ſic.) *mendacii prehendit* ΔΘpg (niſi quod *mendatii* Δp), Ω—ςϑιξψω. *mend. p̃hendit* ΘΞλ. *m. praehendit* δζηϑκ. *m. praehendi* μ. *manufeſto* ΔΘρκλμψ. *manĭfeſto* Θ. *manifeſto* ΞΩ—ιξω. *manifeſtom* Gulielmus Quaeſt. cap. 3. p. 155. 60. *nihil mihi* Θ. *mihi nihil* ΞΩ—ω.

MNESILOCHVS.

Immo si audias, quae dicta dixit me aduersum tibi!

CHRYSALVS.

Quid dixit?

MNESILOCHVS.

Si tu illum solem sibi solem esse diceres,
Se illum lunam credere esse, et noctem qui nunc est dies.

CHRYSALVS.

Emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequiquam dixerit.

PISTOCLERVS.

Nunc quid nos uis facere?

CHRYSALVS.

Enim nihil est, nisi ut ametis impero.
Ceterum quantum lubet me poscitote aurum: ego dabo.
Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo?
Sed nunc quantillum usus est auri tibi, Mnesiloche? dic mihi.

---

61. *aduerſum* ΘΞΩ — ιλξω. *aduorſum* κμψ. 62. *quid* ΞΩ — ω. *qui* Θ. *ſibi* om. η. *diceres* ΘΞκλμ. *dixeris* Ω — ιξψω.
64. *nequiquam* ΔΘp. *necquiquam* ψ (imprudenter.) *nequicquam* ΞΩ — ξω. Vide ad I, 2, 25. 65. *PISTOCL.* ΘΞ. *MNESIL.* Ω — ω. *nihil eſt* ΔΘp, Pal., ΞΩ — μψ. *nihil* ξω. *ametiſ* ΘΞκ — ω. *ames* Ω — ι. *inpero* ψ. Haud ſcio an *enim* monoſyllabum ſit. 66. *ceterum* ΘΞζηω. *caeterum* Ω — ϛϑ — ψ.
quantum lubet Θ, Pal., ψω. *quantumlibet* ζηξ. *quamlibet* uel *quamlibet* Ω — ϛϑι. *quamlubet* κλμ. *cum lubet* Ξ. 68. *quantillum* Δpg, Pal., ψ. *quantulum* ΘpΞΩ — ξω. *uſuſ eſt* ΘΞΩ — ϛϑι. *uſuſt* ζηκ — ω. *tibi*] *tui* Ξ.

MNESILOCHVS.

Militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide.

CHRYSALVS.

Ego dabo.

MNESILOCHVS.

Tum nobis opus est sumptu.

CHRYSALVS.

Ah placide uolo
Vnumquidque agamus. Hoc ubi egero, tum istuc agam.
De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem.
Ea ballista si peruortam turrim et propugnacula,
Recta porta inuadam extemplo in oppidum anticum et uetus.
Si id capso, geritote amicis uostris aurum corbibus,
Si cui animus sperat.

---

69. *nomis* ι. *usust* ψ. 70. *MNES.* ΘΞδζ — ι(de corr. Pii)κ — ω. om. Ωβγς. *PIST.* †. *opust* ψ. *sumptu* ante *nobis* posuit †. *sumtu* ξ. *ah*] *a.* Θ. 71. *unumquidque* Θξψω. *unumquodque* Ξζηι(de corr. Pii)κλμ. *unum quod* Ω — ςϑ. *aegero* κλμ. 72. *mummis* η. *intendam* ΘΞΩ — ψ. *intendebam* ω. *ballistam* Θ. *balistam* ΞΩ — ϑκ — ω et transpositum ante *intendam* †. *balistem* ι. 73. *ea* ξψω (num ex Δ?) *eta* Θ. *et* ΞΩ — μ. *ballista* Θ. *balista* ΞΩ — ω. 74. *opidum* Ξ. *anticum* Θ, Pal. *antiquom* κλμψω. *antiquum* ΞΩ — ιξ. 75. *uostris* Θξψω. *nostris* ΞΩ — μ. *corbibus* Θζ(„ex codd. ant.")ηκ — ω. *cornibus* Ξ. *cor* Ω — ςϑι: uid. ad u. sq. 76. *si cui animus sperat* ΘΞζηξ. (*sperat* ΔΘρg.) *si quoi animus sperat* κλμ. *sperat bus si cui animus* Ω — ςϑ. *spaerat bonus si cui animus* ι de coni. Pii. *si quoi animus superat* ψ secundum Acidalium p. 207. *sed quoi animus sperat* ω. *sicut animus sperat* † secundum Scioppium. *si cui animus siet* et deinde *at apud te* Hier. Grosslotius marg. Dous. *sed quo spectat animus* uel *sic quia animus sperat* † olim.

PISTOCLERVS.

Apud test animus noster, Chrysale.

CHRYSALVS.

Nunc tu abi intro, Pistoclere, ad Bacchidem, atque ecfer cito . . .

PISTOCLERVS.

Quid?

CHRYSALVS.

Stilum, ceram et tabellas, linum.

PISTOCLERVS.

Iam faxo hic erunt.

MNESILOCHVS.

Quid nunc es facturus? id mihi dice.

CHRYSALVS.

Coctum prandium.

Vos duo eritis, atque amica tua erit tecum tertia.

MNESILOCHVS.

Sicut dicis.

CHRYSALVS.

Pistoclero nulla amica est?

MNESILOCHVS.

Immo adest:

Alteram ille amat sororem, ego alteram, ambas Bacchides.

---

apud test Δρψ. *apud te est* ΘΞΩ—ξω. *animus* ΞΩ—ω. *amicus* Θ. 77. *abi*] *ab* ι. *ecfer cito* ΔΘp, Pal., ψ. *ecfercito* Θ. *effer cito* ΞΩ—ξω. 78. *ceram* ΘΞζηκ—ω. *ceras* Ω—ςϑι. *linum* Θ. *et linum* ΞΩ—ω. Vtrumque *et* om. †. 79. *CHRYS.* ΘΞΩ—ψ. om. ω. *coctum* ΘΞΩ—μ. *coctum est* ξω. *coctumst* ψ. 80. *Vos* ΘΞΩ—ψ. *CHRYS. Vos* ω. *eritis*] *eatis* ζη. 81. Sic haec singulis personis disponunt ΔΘpΞΩ—ω. Scioppii somnia uide Susp. Lect. V, 24. *pistoclero* ΞΩ—μψω. *pistoclere* Θξ. *amica est?* Θ. *amica est.* ΞΩ—ιξω. *amicast* κλμψ. *immo adest* ΔΘpΞζηκ—ψ. *imo adest* ω. *immo est* Ω—ςϑι. *immod est* nescio quis apud Pareum. 82. *ambas*] *amabas* Ω.

CHRYSALVS.

Quid tu loqueris?

MNESILOCHVS.

Hoc, ut futuri sumus.

CHRYSALVS.

Vbist biclinium
Vobis stratum?

MNESILOCHVS.

Quid id exquaeris?

CHRYSALVS.

Res ita est: dici uolo.
Nescis, quid ego acturus sim, neque facinus quantum exordiar.

MNESILOCHVS.

Cedo manum ac subsequere propius me ad fores: intro inspice.

CHRYSALVS.

Euax!
Nimis bellus atque, ut esse maxume optabam, locus!

---

83. *CHR. quid — futuri ſumuſ* Θ(de quo fallitur Bothius)ΞΩ — ω. *Quid tu loquere, hoc ut facturi ſumus?* Bothius olim; *Quid tu loquere hoc, ut futuri ſumus?* idem nuper. *ubiſt* Δρψ. *ubi eſt* ΘΞΩ — ςθιξω et tranſpoſito *eſt* poſt *biclinium* ζηκλμ.
84. *quid id exquaeris* ψ†. *quid id exqueriſ* ΔΘρΞ, ſed in Δρ *i* ſup. ſcr. *quid id exquiris* ω. *cur id exequeris* Ω. *cur id exquaeris* β — θ. *cur id exqueris* ι. *cur id exquiris* κλμξ. *reſ ita eſt* ΘΞξω. *res itaſt* ψ. *res ſi ita eſt* Ω — ι. *res ſi itaſt* κλμ. 86. *foris* ψ. *inſpice*] *aſpice* Ξ. 87. *Euax* extra uerſum collocaui. *Euhax* Δ. *Enax* η. *Nimis* om. ζη. Corrigo *nimio*, ut non ſemel locutus eſt Plautus. *atque ùt* ΔΘgΞΩ — ιξψω. *atque* K Meurſii p. 132., κλμ. *maxume* ΘΞκλμψω. *maxime* Ω — ιξ.

PISTOCLERVS.

Quae imperauisti: imperatum bene bonis factum ilico est.

CHRYSALVS.

Quid parasti?

PISTOCLERVS.

Quae parari tu iussisti omnia.

CHRYSALVS.

Cape stilum propere et tabellas tuas tibi.

MNESILOCHVS.

Quid postea?

CHRYSALVS.

Quod iubebo, scribito istic; nam propterea uolo
Scribere, ut pater cognoscat literas, quando legat.
Scribe.

MNESILOCHVS.

Quid scribam?

CHRYSALVS.

Salutem tuo patri uerbis tuis.

---

88. *imperauisti* ΔΘgΘΞΩ — ιξ. *inperauisti* ψ. *imperasti* Θρω. *impetrauisti* κλμ. *imperatum* ΔΘpΘΞΩ — ιξω. *imperatam* Θp (typothetae ut uidetur errore.) *imperatur* ψ. *impetratum* κλμ. *ilico est* ΘΞ. *ilicost* ψ. *illico est* Ω — ξω. *eloco est* †. Ceterum *Quod imperauisti, impetratum. Bene* coni. Salmasius; *Quod imperauisti (imperatur bene bonis) factum* Acidalius p. 207., quem sequitur ψ et (nisi quod *imperatum* tenet) Gruterus; *Quae imperauisti, en* (uel *hem*) *parata* alii nescio qui apud Acidalium: Vide Gronou. Obseruat. III, cap. 2. 89. *parasti* ΔΘpΞΩ — μω. *pa-ri-rauisti* ξψ. *que* ΘΞζη. *paraui* Δpg. *parari* Θpg, Pal., ω. *parare* ΞΩ — ξ. *paraui* ψ. *tu* ΔΘpΞΩ — ςθιξψω. *tu mihi* ζηκλμ. *tute* † olim. *parauisti? Pi. quae tu parare* Acidalius p. 207. sq. 90. *tuas* ΘΞΣ. *tu has* Ω — ω. *tene* in prisca lectione esse Pius ait. 91. *iubebo* ΔgΞξω. *iubeo* ΘΩ — μψ. *uolo* ΔΘpΞΩ — μ. *te uolo* ξψω: quo non uidemur carere posse. 92. *literas* Θω. *litteras* Ω — ψ. *lras* Ξ. 93. *salutem*] *scribe salutem* ζηκλμ.

PISTOCLERVS.

Quid, si potius morbum, mortem scribat? id erit rectius.

MNESILOCHVS.

Ne interturba. Iam imperatum in cera inest.

CHRYSALVS.

Dic, quemadmodum?

MNESILOCHVS.

Mnesilochus salutem dicit suo patri.

CHRYSALVS.

Ascribe hoc cito:

Chrysalus mihi usquequaque loquitur nec recte, pater,
Quia tibi aurum reddidi, et quia non te fraudauerim.

PISTOCLERVS.

Mane, dum scribit.

CHRYSALVS.

Celerem oportet esse amatoris manum.

---

94. *mortem* ΘΞΩβγςι—μ. *aut mortem* δθ. *et mortem* ζηξψω. 95. *imperatum iam* tranſponunt ζηκλμ. *in cera ineſt* ξψω. *incerta ineſt* Θ. *in cena ineſt* Ξ. *in cera eſt* Ω—ι. *in ceraſt* κλμ. 96. *aſcribe* ξ. *aſſcribe* Θ. *adſcribe* ΞΩ—μψω. 97. *uſquequaque*] *uſquequam* Ω. *nec recte* ΔΘpgΞΩ—ω, Soſipater Chariſius hunc uerſum afferens p. 197, 28. *nerecte* Meurſius p. 132. 98. *reddidi aurum* ζηκλμ. *aurum reddiderim* †. *non* ſupra uerſ. ſcr. in Θ. *fraudauerim* ΔΘpΞΩ—μψ. *defraudauerim* ξω, quo minime opus. *defrudauerim* nonnullos libros ueteres habere ait Lamb., olim recepit †. 99. *oportet eſſe* ζηκλμ.

PISTOCLERVS.

Atque idem hercle, hem, perdundum est magis quam ascribundum cito!

MNESILOCHVS.

Loquere: hoc scriptumst.

CHRYSALVS.

Nunc, pater mi (proin tu ab eo ut caueas tibi),
Sycophantias componit, aurum ut abs te auferat;
Et profecto se ablaturum dixit. Plane ascribito.

MNESILOCHVS.

Dic modo.

CHRYSALVS.

Atque id pollicetur se daturum aurum mihi,
Quod dem scortis, quodque in lustris comedim et congraecem, pater.

---

100. *atque idem*] Nec hoc satis placet nec *at quidem* nec *atque quidem*. *hem perdundum eſt* effeci ex *hem perdundē* Θ. *em perdundum* ΔΘp. *hem perdundum* Ξ. *eſt perdundum* Ω—ςϑι. (*eſt* ortum ex *hem* uel omiſſa aſpiratione *em* uocis compendio *ē*.) *ad perdundum eſt* ζηκλμ. *eſt ad perdundum* ξψω. *aſcribundum* poſui pro *aſſcribundum* Θ. *ad ſcribundum* Ξψ. *ad ſcribendum* Ω—ξω. *cito* Δ. *ſcito* ΘpΞ. *citus* Ω—ω. His conſentanea talis fere ſententia eſt: Scilicet non tantum cito aſcribere eum, quae dictas, ſed perdere potius feſtinando iubere uideris: adeo quidem urges. 101. „*ſcriptumſt*] Sic Δ, at Θp *ſcribtum*.“ *ſcribtum eſt* Θ. *ſcriptum eſt* ΞΩ—ιξω. *ſcriptuſt* κλμ. *ſcriptumſt* ψ. 102. *ſicophantiaſ* Θ. *ſycophantas* Ω. *conponit* ψ. *te* ΔΘpΞΩ—μω. *ted* ξψ†. Alios ſcribere *tete* Pareus notat. 103. *aſcribito* ξ. *aſſcribito* Θ. *adſcribito* ΞΩ—μψω. 104. *policetur* Ξ. *aurum* om. δ. 105. *comedim* Δ „initio“, ζηξψω, Nonius p. 83, 80. *comedam* Δ „poſtea“, ΘpΞΩ—ςϑ. *comoedim* κλμ. *et* om. Nonius. *congraecem* ξψω, Non. Merc. *congregem* Pal., ΘΞΩ—ι. *congrecem* κλμ. *congreget* Non. ante Merc. *congeret* Non. ap. Pium. *patet* Nonii ed. Paris. a. 1519.

Sed, pater, uide ne tibi hodie uerba det: quaeso caue.

MNESILOCHVS.

Loquere porro.

CHRYSALVS.

Ascribedum.

MNESILOCHVS.

Etiam loquere, quid scribam, modo.

CHRYSALVS.

Sed pater, quod promisisti mihi, te quaeso, ut memineris:
Ne illum uerberes; uerum apud te uinctum asseruato domi.
Cedo tu ceram ac linum actutum. Age obliga, obsigna cito.

MNESILOCHVS.

Obsecro, quid istis ad istunc usus est conscriptis modum,
Vt tibi ne quid credat, atque ut uinctum te adseruet domi?

---

106. *ſed pater uide* Δgρω. *ſed pater* ΘρΞΩ—ςϑι. *ſed mi pater* ζηκλμ. *ſed pater mi* ξψ. *uide* illud ſuſpectum, quod ictu carens ultimam corripit. *queſo* ΘΞ. 107. *aſcribe* ξ. *aſſcribe* Θ. *adſcribe* ΞΩ — μψω. *Adſcribedum etiam MN. Loquere* † olim. *Adſcribedum. MN. Etiam. Loquere* † nuper. *quid* ΔΘρgξω. *dum id* ΞΩ—κμψ, Acidal. p. 208. *dum in* λ. 108. *te queſo* ΔΘρ. *te quaeſo* ψω. *id queſo* Ξ. *id quaeſo* Ω—ςϑιξ. *id te quaeſo* ζηκλμ. 109. *aſſeruato* ΘΞΩ—ξω. *adſeruato* ψ.
111. *iſtunc uſuſt conſcriptis* ξψω. *iſtunc uſus eſt conſcriptuſ* ΘΞ ζηκλμ. *iſtuc uſus es conſcriptis* Ωι (de corr. Pii.) *iſtuc uſus es conſcriptus* β—ςϑ. 112. *adſeruet* ΘΞΩ—ιψ. *aſſeruet* κ—ξω.

CHRYSALVS.

Quia ita mihi lubet. Potin ut cures te atque ut ne parcas mihi?
Mea fiducia opus conduxi et meo periculo rem gero.

PISTOCLERVS.

Aequom dicis.

CHRYSALVS.

Cedo tabellas.

MNESILOCHVS.

Accipe.

CHRYSALVS.

Animum aduortite,
Mnesiloche, et tu, Pistoclere. Iam facite in biclinio
Cum amica sua uterque accubitum eatis (ita negotium est),
Atque ibidem, ubi nunc sunt lecti strati, potetis cito.

PISTOCLERVS.

Numquid aliud?

---

113. *ita mihi* Θ. *mihi ita* ΞΩ—ϛϑιξψω. *mihi* ζηκλμ. *mi ita* †. *ut ne* ΔΘpΞψ. *ne* Ω—ξω. 114. *fidutio* Θ· *conduxit* Ω. *periclo* †. 115. *PIST.* Θ. *MNES.* ΞΩ—ω. *aequum* Ω—ιξ. *equum* Θ. *et quum* Ξ. *equom* ΔΘp. *aequom* κλμψω. *cedo*] *cedo mihi* ζη. *animum aduortite* ΘΞξψω. *animaduortite* Ω—μ. 117. *accubitum* ΞΩ—ω. *acubitum* Θ. *adcubitum* †. Sic etiam u. 119. *negotium est* Θξω. *negotiumst* ψ. *negocium est* ΞΩ—ι. *negociust* κλμ. 118. *ibidem ubi nunc* Θξψω. *ibidem ubi* Ξ. *ibidem ibi* Ω—ϛϑι. *ibi* omissis reliquis ζηκλμ. *sunt lecti strati*] *in lectis stratis* ζηκλμ. *lecti*] *tecti* Θ. *cito* ΔgΞΩ—ξω, Θg man. sec. *scito* Θgp man. pr. *scite* ΔΘp. *PIST. scite* ψ „ex ΔΘp." Merito Pareum Gruterus redarguit, quamquam ipse aliqua ex parte caecutiens. Nam in Θ primo fuit *scire*, quod eadem manus mutauit in *cito*. Sequitur autem, non praecedit *PISTOCL.* 119. *nunquid* Ξδ—ξω. *aliud*] *aliud uis* ζη.

CHRYSALVS.

Hoc: atque etiam ubi erit accubitum semel,
Ne quoquam exurgatis, donec a me erit signum datum.

PISTOCLERVS.

O imperatorem probum! Iam bis bibisse oportuit.

MNESILOCHVS.

Fugiamus.

CHRYSALVS.

Vos uostrum curate officium, ego efficiam meum.

CHRYSALVS.

CHRYSALVS.

Insanum magnum molior negotium,
Metuoque, ut hodie possim emolirier.
Sed nunc truculento mihi atque saeuo usus sene est.

---

ubi] *tibi* *δθ*. 120. *exurgatiſ*. ΘΞΩ—ξ. *exſurgatis* *ψω*.
121. *PIST.* ΞΩ—ω. om. Θ. *inperatorem* *ψ*, *iam* ΘΞΩ—ξ. *CHRYS.* *iam* *ψω* de coni. Acidalii p. 208. 122. *MNES.* om. Θ. *fugiamus*] *euge eamus* Camprarius ap. Grut. *uoſ uoſtrum* Θω. *uoſ ueſtrum* ΞΣΩ—ςθι. *ueſtrum* ζη. *uoſtrum* κ—ψ: neſcio an recte. *ego* olim om., in annot. poſt *ecficiam* (ſic) traiecit †. Nuper iambicum uerſum eſſe uoluit. *efficiam*] *faciam* Ξ.

Actus IV. Scena V.

Hanc priori ſcenae continuauit †. *CHRYSALVS* om. Θ.
1. „*Inſanum* Δ. *Inſanum agnum* Θp". *'nſanū̃agnū̃* Θ. *Inſane magnum* †. *negocium* ΞΩ—μ. 2. *ut* om. Ξ. *poſſim* ΘΞΩ—ςθι. *ne poſſim* ζηκλμ. *poſſiem* ξψω, quod num in Δ ſit, non liquet. *emollirier* Ξ. *emolier* Ω. 3. *nunc*] *nunc tu* γ. *ſeuo* ΔΘpΞ. *ſeneſt* κλμψ.

Nam non conducit huic sycophantiae,
Senem tranquillum esse. Vbi me aspexerit,
Versabo ego hodie illum, si uiuo, probe.
Tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer.
Adambulabo ad ostium, ut, quando exeat,
Extemplo aduenienti ei tabellas dem in manum.

NICOBVLVS. CHRYSALVS.

NICOBVLVS.

Nimio illaec res est mane diuidiae mihi,
Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.

---

4. *non* ΞΩ — ω. om. Θ. *huic*] *nunc huic* ξψ contra ΔΘg ΞΩ — μω. *huiic* †. *sicofantiae* Δp. *sicophantie* Θ. 5. *tranquillum esse* ΔΘpΞΩ — ϛϑιω et *senem* priori uersui iungentes κλμ. *tranquillum esse mihi: quippe* ζη, item in priore uersu *senem* posito. *esse tranquillum, qui* ξψ: contra ΔΘg. *ubiubi med* olim †. *adspexerit* ψ†. Aut pronuntiandum *tranquillum esse. ubi me aspexerit*, aut *tr. esse. ubi m. asp.* 6. *uersabo ego* ΘΞΩ — ϛϑιξψ. *uorsabo ego* ω. *ego uersabo* ζ. *ego nersabo* η. *ego uorsabo* κλμ. *hidie* (o) *illum* Θ. *illum hodie* ΞΩ — μω. *illunc hodie* ξψ. Sed *illum* notatur e ΔΘp. 7. *frictumst* ψ. *frictust* κλμ. 8. *ambulabo* μ. *ostium* ζηξω. *hostium* ΔΘpΞΩ — ϛϑ — μψ. 9. *ei* ΔΘgω. om. ΞΩ — ψ. *manum* ΘΞξψω. *manu* Ω — μ.

Actus IV. Scena VI.

Nicobulus ξψω. *Nicobolus* ΞΩ — ηι — μ. *Nichobolus* ϑ. om. Θ. *Chrysalus* om. Θ.

1. *Nimio*] *NICOBULVS imio* Θ. *illec* ΘΞΩζ. *illic* Ξ. *illece* Θ ante rasuram. *res est*] *res rest* Θ ante ras. *mane* ΔΘpΞΩ — ϛϑι. *magnae* ζ(„ex codd. ant.“)ηκ — ω. Aliud quiddam in illo *mane* latere suspicor. *diuidie* ΔΘpΞ. 2. *crisalum* Θ.

CHRYSALVS.

Saluus sum: iratus est senex. Nunc est mihi
Adeundi ad hominem tempus.

NICOBVLVS.

Quis loquitur prope?
Atque hic quidem, opinor, Chrysalus.

CHRYSALVS.

Accessero.

NICOBVLVS.

Bone serue, salue. Quid fit? quam mox nauigo
In Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum?
Taces? Per omnis deos adiuro, ut, ni meum
Gnatum tam amem atque ei facta cupiam quae is uelit,
Vt tua iam uirgis latera lacerentur probe,
Ferratusque in pistrino aetatem conteras. [761]
Omnia resciui scelera ex Mnesilocho tua.

CHRYSALVS.

Men criminatus est? Optume est! ego sum malus,
Ego sum sacer, scelestus! Specta rem modo.

---

3. *ſaluus* ΘΞΩ — ιξ. *ſaluos* κλμψω. *iratuſt* ψ. 4. *adeundē* Θ ante raſ. *NIC. quiſ* ΘΞξψω. *hic quis* Ωβγς. *Nic. hic quis* δϑι (de corr. Pii.) *Nic. quis hic* ζηκλμ. 5. *chriſaluſ* Θ. *chryſaluſ* ΞΩ — ςϑ — μ. *chryſalus eſt* ζη. *chryſaluſt* ξψω. *CHRIS.* Θ. Sic etiam u. 13. 16. 7. *Theotimo*] *te ohimo* Θ. *teothimo* Ξ. 8. *omnis* ψ. *o͞mſ* Θ. *omnes* Ω — ιξω. *omneis* κλμ. *ut* om. †, et prius Bentleius in Ter. Andr. IV, 2; 11. 9. *uolit* ψ. 11. *ferratuſque* ΘΩ — ω. *ferrea: ut uſquam* ΞΣ. *aetatem*] ſic h. l. Ξ. 13. *criminatuſ eſt* ΘΞΩ — ξω. *criminatuſt* ψ†, Bentleius in Ter. Phorm. III, 2, 30. *optume eſt* Σω. *optime eſt* ΘΩ — ιξ. *optumeſt* κλμψ, Bentl. Cf. III, 4, 3. 14. *ſpecta rem* Θξψω. *ſpectare* ΞΩ — ςϑ — μ. *ſpectate* ζη.

Ego uerbum faciam?

NICOBVLVS.

Etiam carnufex,

Minitare?

CHRYSALVS.

Nosces tu illum actutum, qualis sit.
Nunc hasce tabellas ferre me iussit tibi,
Orabat, quod istic esset scriptum, ut fieret.

NICOBVLVS.

Cedo.

CHRYSALVS.

Nosce signum.

NICOBVLVS.

Noui. Vbi ipse est?

CHRYSALVS.

Nescio:
Nihil iam me oportet scire: oblitus sum omnia.
Scio me esse seruum: nescio etiam id, quod scio. [771]
Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit.

---

15. *Ego uerbum* ΔΘpgΩ—ξω. *ego* om. Ξ. hunc uerſum continuans priori. *ego neo uerbum* ψ de coni. Lambini. *ego uerbum non* Douſa Expl. II, cap. 24. *ego uerum uerbum* Bothius, probatum Duebnero in Iahn. Nou. Annal. philol. a. 1832. uol. IV. p. 321.
etiam ΔΘpΞΩ—μω. *etiamne* ξψ. *carnufex minitare* Θψω. *carnifex minitare* Ξβ—ϛϑιξ. *carnifex imitare* Ω. *minitare carnifex* ζη. *minitare carnufex* κλμ. *carnufex mihi minitare* Roſtius Plaut. Cuped. ferc. II, p. XV. 16. *qualis ſit*] *qualis ſit et ubi ſit* ζηκλμ. Cf. ad II, 2, 15. II, 3, 79. 18. *quod* ΘgΞΩ—μ. *quid* Θ. *ut*, *quod* ξψω (ex Δ, ut uidetur.) *eſſet* Θξψω. *eſt* ΞΩ—μ.
ut fieret ΔΘpgψω. *fieret* ΞΩ—ξ. *id fieret* Gruterus.
19. *noſce*] *ſed noſce* ζηκλμ. *ipſeſt* ψ. *ipſe* κλμ. 21. *feruom* κλμψω. 22. *tranſenna* ψω Lambinum ſecutae, Nonius p. 6, 14. afferens u. 22. et 23. *traſenna* ΔΘp, Pal. Sciopp., ΞΩ—ξ.
turdis lubricum Nonii edd. Brix. a. 1483., Venetae a. 1490. 1498. *tardus lumbricum* Ω.

Pendebit hodie pulchre: ita intendi tenus.

NICOBVLVS.

Manedum parumper: iam ad te exeo, Chrysale.

CHRYSALVS.

Vt uerba mihi dat, ut nescio, quam rem gerat!
Seruos arcessit intus, qui me uinciant.
Bene nauis agitatur, pulchre haec confertur ratis!
Sed conticiscam: nam audio aperiri fores.

NICOBVLVS. CHRYSALVS.

NICOBVLVS.

Constringe tu illi, Artamo, actutum manus.

CHRYSALVS.

Quid feci?

---

23. *pulcre* ψ. Sic u. 27. *ita intendi tenus* Nonius, Seruius in Virg. Aen. VI. 62., Δg correctoris manu, Ωβγϛζηι—ω. *ita intendi tenum* δϑ. *ita intenditeruſ* Θp (uere quidem) et a m. pr. Δp. *ita intendit heruſ* Pal. Sciopp. *ita intendi tehiſ* Ξ. 24. *mane parumper: dum* ζηκλμ. *iam ad te exeo* ΘΞΩ—μω. *iam iam ad te exeo* ξψ. *iam exeo ad te* †. Scribendum *iam ad ted exeo.* 25. *dat mi* †. 26. *arceſſit* ΘΞΩ—ξω. *arcerſit* ψ. 27. *hec* ΘΞ. *haec* Δp m. ſec., *hic* m. pr. *ratuſ* Θp. Merulae de hoc uerſu commenta uide apud Taubmannum. 28. *forteſ* Θ. *foris* ψ.

Actus IV. Scena VII.

Nicobulus. Chryſalus.] Differunt libri ut Sc. VI.

1. *Conſtringe*] *NICOB.* *onſtringe* Θ. *tu* ΔΘpΞΩ — μω. *tute* ξψ, † olim. *illi artamo* ΘΞx—ω. *illi arthamo* Ω—ϛϑι. *illius artame* ζη. *illi Artema* Meurſius Exerc. cr. I, cap. 5. p. 133.
2. *CHRISAL.* Θ. *feci* ΔΞΩ—ω. *feciſti* Θp.

NICOBVLVS.

Inpinge pugnum, si muttiuerit.
Quid hae locuntur litterae?

CHRYSALVS.

Quid me rogas?
Vt ab illo accepi, ad te obsignatas attuli.

NICOBVLVS.

Eho tu, loquitatusne es gnato meo male
Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit,
Et te dixisti id aurum ablaturum tamen
Per sycophantiam?

CHRYSALVS.

Egone istuc dixi?

NICOBVLVS.

Ita.

CHRYSALVS.

Quis homost, qui dicat me dixisse istuc?

NICOBVLVS.

Tace:

---

inpinge Θψ. *impinge*] uulgo. *muttiuerit* Θψω: *mutiuerit* Ξι(sec. Pium)κ—ξ. *mutiueris* Ω—ϑ. 3. *he* ΘΞ. *haec* †. *locuntur* ΔΘρ. *loquuntur* ΞΩ—ιξψω. *loquontur* κλμ. *litterae* ΔΘρΩ—ψ. *littere* Ξ. *litere* Θ. *literae* ω. 4. *accaepi* ζηκλ. *attuli* ΘΞξω. *adtuli* Ω—μψ. 5. *eho* ΔΘρgΞκλμψω, idemque coniectura assecuti Guilelmus Quaest. c. 3. p. 156., Dousa Expl. II, 24. p. 211. *eo* Ω—ιξ. Bothius olim posuerat *es meo gnato male Per sermonem eo, quia id mihi a. r.*, coniecerat autem non inficete *és per sérmoném male Gnató meó, quiá mihi id á. r.*, nunc uult inficetissime *Ehó tu lóquitatúsne és gnató meo Male pér sermónem, quía m. id a. r.* 8. *sycophantiam* ΔΘgΞΩ—μ. *sicophantiā* Θ. *sycophantias* ξψω. *egon'* ψ. *dixi*] *dixi unquam* ζηκλμ. Aut sic pronuntiandum *per sýcophántiám: egóne istuc dixi: ita*, aut: *per sýcophántiam: égone istúc dixi: ita.* 9. *quis homost* ΔΘρκλμψ. *quis homo est* ΘΞΩ—ιξω. *quis est* „alii" ap. Par.

Nullus homo dicit, hae tabellae te arguunt,
Quas tu adtulisti: hem, hae te uinciri iubent.

CHRYSALVS.

Aha,
Bellerophontem iam tuus me fecit filius:
Egomet tabellas tetuli, ut uinciret. Sine.

NICOBVLVS.

Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo,
Vt pergraecetur tecum, ter uenefice.

CHRYSALVS.

O stulte, stulte, nescis nunc uenire te,
Atque in eo ipso adstas lapide, ut praeco praedicat.

NICOBVLVS.

Responde, quis me uendit?

CHRYSALVS.

Quem diligunt di,
Adulescens moritur, dum ualet, sentit, sapit.

Hunc

---

10. *humo* λ. *haec t. t. arguont* ✝. 11. *adtulisti* Θψ. *attulisti* ΞΩ—ξω. *hem* Θξψω. om. ΞΩ—μ. *em* ΔΘp: unde *en* ✝. 12. *CHR. aha* uulgo priori uersui subiectum huic iunxit deleto *iam* Bothius. *bellerophontem* δϑϰ—ω. *bellorophontem* ΘΩβγςζηι. *bellorofontem* Ξ. 13. *tetuli* Δpg m. pr. *detuli* idem m. sec., ΘpgΞΩ—ω. Cf. III, 3, 78. „Aliquot libros ueteres" *tetuli* habere testatur Lambinus: quem secutus uidetur Acidalius Diu. in Bacch. cap. 8. p. 212. de ueteribus libris loquens, qui ei scripti nulli praesto fuerunt. 15. *pergregetur* ΔΘpΞ, Pal. Sciopp.
ter uenefice Θ. *teruenifice* ω. *teruenefice* reliqui. *triuenefice* coni. Lambinus. 16. *uenire* Θ (supra scripto *i. uendi*) Ξζ („ex codd. ant.") ηϰ—ψ. *uaenire* ω. *uendi* Ω—ςϑι. 17. *adstas* ΘΞΩ—ιψ. *astas* ϰ—ξω. *ut* ΔΘpg, Pal., Scioppius Susp. lect. V, 15. *ubi* ΞΩ—ω. *praeco* Θζϰ—ω. *preco* ΞΩ—ςϑ. *precor* ι. *graeco* η. *predicat* ΘΞ. 18. *diligunt di* ΘΩ—ςϑι. *diligunt dii* Ξ. *di diligunt* ζηϰ—ω. 19. *adulescens* ΘΩ—ςϑιψ. *adolescens* Ξζηϰ—ξω.

Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem;
Plus iam uiginti mortuum esse oportuit.
Terrae odium ambulat: iam nihil sapit
Nec sentit. Tanti est, quanti est fungus putidus.

NICOBVLVS.

Tun terrae me odium esse autumas? Abducite hunc
Intro atque adstringite ad columnam fortiter.
Numquam auferes hinc aurum.

CHRYSALVS.

Atqui iam dabis.

NICOBVLVS.

Dabo?

CHRYSALVS.

Atque orabis me quidem ultro, ut auferam.
Quom illum rescisces criminatorem meum,
Quanto in periculo et quanta in pernicie siet:

---

20. *hunc* Θζηι(ſec. Pium)ϰ — ω. *nunc* ΞΩ — ςϑ. *amaret*] *amat et* ι. 21. *opportuit* Ω. 22. Sic hunc u. in ΔΘ legi Gruterus significare uidetur, ex parte etiam Pareus: nec diſcrepant ΘΞΩ — ςϑιω, niſi quod *terre* ΘΞ. *terrae*] *qui terrae* ξψ. *qui terrai* † olim, Goellerus in Trinum. 358. *terrai* † nuper. *ambulat iam*] *inambulat et is iam* ζη. *inambulat et iam* ϰ — ψ. *inambulat et tam* Scioppius Suſp. lect. V, 24. *inambulat: tam* † olim, Goellerus. *ambulat: tam* † nuper. 23. *tantiſt* ψ. *quantiſt* ϰλμψ. *putridus* coni. Lamb. 24. *NICOBOLVS* Θ. *tun* ΘΞζηι(ſec. Pium)ϰ — ω. *tum* Ω — ςϑ. *terre* ΘΞ. *hunc*] *nunc* λ. 25. *atque*] *atque atque* Ωβδςϑ. *adſtringite* Θϰλμψω. *aſtringite* ΞΩ — ϑξ. *abſtringite* ι. *colunnam* δ.
26. *numquam* Θψ. *nunquam* uulgo. *iam* ΔΘpgΞΩ — ςϑιω. *ultro iam* ζηϰ — ξψ. *iamiam* † olim. 28. *quom* Ξϰλμψ. *qum* Δp. *quum* ζη. *cum* ΘΩ — ςϑιξω. *illunc* †. *reſciſſes* Ω — ςϑι. *reſiſces* ζη. 29. *periculo* ΘΞΩ — ω. *periclo* †. Vide u. 32. *quanta*] *quanto* Ω. *pernicie* ΞΩ — ω. *pernitie* Δp. *permittie* Θ. *ſiet* ΘΞζηι(ſec. Pium)ϰ — ω. *ſciet* Ω — ςϑ.

Tum libertatem Chrysalo largibere.
Ego adeo numquam accipiam.

NICOBVLVS.

Dic, scelerum caput,
Dic, quo in periclo est meus Mnesilochus filius?

CHRYSALVS.

Sequere hac me: faxo iam scies.

NICOBVLVS.

Quo gentium?

CHRYSALVS.

Tres unos passus.

NICOBVLVS.

Vel decem.

CHRYSALVS.

Agedum, tu Artamo,
Forem hanc pauxillum aperi: placide, ne crepa.
Sat est. Accede huc tu: uiden conuiuium?

NICOBVLVS.

Video exaduorsum Pistoclerum et Bacchidem.

CHRYSALVS.

Qui sunt in lecto illo altero?

NICOBVLVS.

Interii miser!

---

31. *numquam* Θψ. *nunquam* uulgo. 32. *periclo* ΔρΘζη κλμ. *periculo* ΘρΞΩ—ςθιξψω. 33. *sequaere* λ. *faxo iam scies* hic collocant Θξψω, post *sat est* u. 36. ΞΩ—μ, etiam Σ uet. 34. *tres unos* ΔΘpgΞξψω. *treunos* ΚΩ—μ, Meurs. c. 5. p. 133. *decem*] *decere* λ. *artamo* ΔΘpΞξψω. *arthamo* Ω—ι. *artame* κλμ. *artema* Meursius ut u. 1. 35. *forem hanc* ΞΩ—ςθιξψω. *fortem hanc* Θ. *hanc forem* ζηκλμ. *pauxillum* ΔΘpΞΩ—ςθιψω. *pauxilulum* ζη. *pauxillulum* κ—ξ. *crepita* ξη. *crepet* κλμ. 36. *sat est*] uide ad u. 33.

CHRYSALVS.

Nouistine hominem?

NICOBVLVS.

Noui.

CHRYSALVS.

Dic sodes mihi,
Bellan uidetur specie mulier?

NICOBVLVS.

Admodum.

CHRYSALVS.

Quid? illam meretricemne esse censes?

NICOBVLVS.

Quippeni?

CHRYSALVS.

Frustra's.

NICOBVLVS.

Quis igitur, obsecro, est?

CHRYSALVS.

Inueneris:
Ex me quidem hodie numquam fies certior.

---

40. *bellam* ι. 41. *illanc* †. *metricem* Δ. *esse censes* ΔΘpΞΩ — μψω, Acidal. c. 7, p. 208. *censes esse* ξ. *quippeni* ΔΘp, Pal., ψ. *quippe ni* ζηκλμ. *quippini* ξω. *quippe* ΞΩ — ϛϑι. 42. *frustra's* scripsi. *frustres* Θ, Pal., *frustr'es* ψ. *frustras* Ω — ϛ, *frustra es* Ξζηϑκ — ξω. *frustra* ι. *obsecrost* κλμ. 43. *numquam*] ut u. 26. 31. *cerεior* Δ.

CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS.

CLEOMACHVS.

Meamne hic Mnesilochus Nicobuli filius
Per uim ut retineat mulierem? quae haec factio est?

NICOBVLVS.

Quis ille est?

CHRYSALVS.

Per tempus hic uenit miles mihi.

CLEOMACHVS.

Non me arbitratur militem, sed mulierem,
Qui me meosque non queam defendere.
Nam neque Bellona mihi umquam neque Mars creduat,
Ni illum exanimalem faxo, si conuenero,
Niue exheredem fecero uitae suae.

NICOBVLVS.

Chrysale, quis ille est, qui minatur filio?

CHRYSALVS.

Vir hic est illius mulieris, quacum accubat.

Actus IV. Scena VIII.

CLEOM. — CHRYS. om. Θ. *Nicobulus* δξψω. *Nicoboluſ* ΞΩβγς — μ.

1. *eamne* Θ. *hoc* Θ (ead. man.) *mneſilocus* β — ςι. *nicoboli* ΘΞΩ — μ. 2. *retentet* olim †. *factioſt* κλμψ. 3. *ille*] *illic* ζηκλμ. *mihi* Θξψω. om. ΞΩ — μ. 4. *Non me*] *Nonne* Ξ. 6. *ūquā* Θ: uid. ad IV, 7, 43. 8. *exheredem* ΔΘpΞΩ — ω. *exhaeredem* β — ψ. 9. *chriſale* Θ, item u. 13. *illeſt* κλμψ. *minatur* ΘΞΩ — μ. *minitatur* ξψω.

10. *quacum* ΘpΞΩ — ω. *quaecum* Δp: unde Bothius, *quecum* potius ſcriptum putans, non incommode *quicum* effecit. *nupta eſt illa* ΘΞΩ — ςθι. *nuptane eſt illa* ζηκλμ. *nupta eſt illan'* ξω. *nuptaſt illan'* ψ. Suum niſi forte Camerarius ex Δ petierit, placeat Pyladis inuentum.

NICOBVLVS.

Quid, uir?

CHRYSALVS.

Vir, inquam.

NICOBVLVS.

Nupta est illa, obsecro?

CHRYSALVS.

Scies haud multo post.

NICOBVLVS.

Oppido interii miser!

CHRYSALVS.

Quid nunc? scelestus tibi uidetur Chrysalus?
Age nunc uincito me, auscultato filio.
Dixin tibi ego illum inuenturum te, qualis siet?

NICOBVLVS.

Quid nunc ego faciam?

CHRYSALVS.

Iube sis me exsolui cito;
Nam ni ego exsoluor, iam manufesto hominem opprimet.

CLEOMACHVS.

Nihil est lucri, quod me hodie facere mauelim,
Quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem.

---

12. *haut* ψ. *aud* Θ. *opido* Ξ. 13. *quid nunc?* ΘΞ, Acidalius Diuin. in Aulul. cap. 1, p. 69. *quid nunc* Ω — ιξ. *quid, nunc* κλμ. *quid! nunc* ψ. *quid? nunc* ω. 15. *ego illum* ΔΘρ Ξψω. *illum* Ω — ξ. Monoſyllabum eſt *tibi*. *tibi te inuenturum illunc* † peruerſiſſime. *ſiet* ΔΘρΞΩ — μψ, †. *ſit* ξω. 16. *ego* om. ζη. *exolui* ΞΩ — ξ. Sic etiam u. 20. 21. 17. *ni ego exſoluor* Θ. (*ni* notatur etiam e Pal.) *ni ego exoluor* ΞΩ — ϛϑι. *ni exoluor ego* ζηκλμ. *niſi ego exoluor* ξ. *niſi ego exſoluor* ψω. *manuſeſto* Θκλμψ. *manifeſto* ΞΩ — ιξω. 18. *maüolim* ψ. 19. *illunc* †.

CHRYSALVS.
Audin quae loquitur? Quin tu me exsolui iubes?

NICOBVLVS.
Exsoluite istum. Perii, pertimui miser!

CLEOMACHVS.
Tum illam, quae corpus publicat uulgo suum,
Faxo se haud dicat nactam, quem derideat.

CHRYSALVS.
Pacisci cum illo paulula pecunia
Potes.

NICOBVLVS.
Paciscere ergo, obsecro, quid lubet tibi,
Dum ne manifesto hominem opprimat neue enicet.

CLEOMACHVS.
Nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,
Iam illorum ego animam amborum exsorbebo oppido.

NICOBVLVS.
Hem, illoc paciscere, si potes; perge obsecro,
Paciscere quiduis.

---

22. *illanc* †. *uulgo* ΘΞΩ — ιξ. *uolgo* κλμψω. 23. *haut* — *nanctam* ψ. 24. *illo* Θ sic, ut *o* factum sit ex *a*. *paulula* ΔΘρζηκ — ψ. *paullula* ω. *paula* ΞΩ — ςθι, *K* Meursii p. 134., simul *potes* huic uersui iungens. 25. *quid* ΘΞΩ — ξψω. *quod* post Meursium Lambinus tacite. *quo* uel *qui* Acidalius p. 209. *lubet tibi* ΔΘρψ. *tibi lubet* ΞΩ — ξω. Hunc u. et 24. sic olim constituerat †: *P. c. i. paula pote pecunia. NI. Pacisecre ergo, te obsecro, quod t. l.*, hodie sic scripsit: *Pasiscere cum illo paulula pec. Potes. NI. Pacisce ergo, o. q. t. l.* E quibus nihil placet praeter *pacisce*. 26. *ne* om. η. *manifesto* ΘΞΩ — ιξω. *manufesto* κλμψ. *enicet* Δ pr. m., Θρκ — ω, Sarracenus. *eniceat* ΞΩ — ςθ. *enecet* Δ m. sec., ζη, Pius. *necet* ι. 28. *exsorbebo* ψω. *exorbebo* Θξ. *exorbabo* ΞΩ — μ. *opido* Ξ. 29. *NIC.*] *CHRYS.* Θ. *illuc* †. *pacisce* hic et u. seq. †. *perge*] *pergere* Ω. *NICOB. perge* Θ. 30. *quiduis* ΔΘρΩ — ω. *quid Vis?* Ξ. *quiuis* Acidalius.

CHRYSALVS.

Ibo et faciam sedulo.

Quid clamas?

CLEOMACHVS.

Vbi eros tuus est?

CHRYSALVS.

Nusquam: nescio.

Vis tibi ducentos nummos iam promittier,
Vt ne clamorem hic facias neu conuicium?

CLEOMACHVS.

Nihil est quod malim.

CHRYSALVS.

Atque ut tibi mala multa ingeram?

CLEOMACHVS.

Tuo arbitratu.

NICOBVLVS.

Vt subblanditur carnufex!

CHRYSALVS.

Pater hic Mnesilochi est: sequere. Is promittet tibi:
Tu aurum rogato. Caeterum uerbum sat est.

CHR. om. Θ. *fatiam* Δ. 31. *eroſ* Δ, quod nolui obſcurare. *eruſ* Θ. *heruſ* ΞΩ—ω. *nuſquam*] *ſecum* in Θ ſupra ſcriptum ead. man. 32. *promitier* ι. 33. *neu* Θξψω. *nec* ΞΩ—μ. *conuicium* Δρκ—ξω. *conuitium* ΘΞΩ—ιψ.
34. *Ac tibi mala ut* † olim, *Ac mala tibi ut* idem nuper.
35, *arbitratu*] iterantur hic in ι prioris ſcenae uerba *in lecto — hominem* u. 38. 39. *NICOB.* ΔΘρΞΩ—ξ. *CHRYS.* ψω. de Acidalii ſententia p. 209. *ſublanditur* ΞΩ—λ. *carnufex* Θκλμψω. *carnifex* ΞΩ—ιξ. 36. *CHR.* om. ψω. *mneſi-* $\overset{i}{\text{loche}}$ *eſt* Θ. *mneſilochiſt* κλμψ. 37. *tu aurum* ΘΞζηκ—ω. *tuarum* Ω. *tu eum* β—ςϑι. *tute eum* olim †. *caeterum* Θ(ſed ut diphthongi nota poſſit deleta uideri)Ω—ψ. *ceterum* Ξω.

NICOBVLVS.

Quid fit?

CHRYSALVS.

Ducentis Philippis rem pepigi.

NICOBVLVS.

Vah, salus
Mea seruasti me! Quam mox dico: dabo?

CHRYSALVS.

Roga hunc tu. Tu promitte huic.

NICOBVLVS.

Promitto: roga.

CLEOMACHVS.

Ducentos nummos aureos Philippos probos
Dabin?

CHRYSALVS.

Dabuntur, inque. Responde.

NICOBVLVS.

Dabo.

CHRYSALVS.

Quid nunc, impure? numquid debetur tibi?
Quid illi molestus, quia illum morte territas?

---

38. *NICOBOLVS Θ.* *philippeis ζηκλμ.* *rem pepigi ΔΘρgΞΩ—ω. pepigi* Acidalius p. 209. *uah ΘΞΩ—ω. ah* Bothius. Ego nescio an scribendum sit *uaha* ut Casin. IV, 4, 25., et proximi uersus initio positum *salus* una syllaba pronuntiandum: quando nec *salus Vah mea* nec *salus Mea uah* placet. 39. *seruasti ΔΘρΞΩ—μ. seruauisti ξω*†. *seruauisti ψ.* 40. *roga*] *CHR. roga ζηι*(sec. Pium)*κλμ.* 42. *CHR. dabuntur ΘΞΩ—ψ. dabuntur ω.* *inque ΔΘρκ—ω. inquam ΞΣΩ—ι.* In Θ supra scriptum ead. manu *i. dio* (calami errore pro *dic*, quod ipsum „in glossa“ esse Par. notat.) 43. *inpure ψ.* *numquid Θψ. nunquid δ—ξω.* 44. *molestu's* scribendum. *quia ΘΞΩ—ι. quid ξψω.*

Et ego te et ille mactamus infortunio.
Si tibi est machaera, et nobis ueruina est domi,
Qua quidem te faciam, si tu me inritaueris,
Confossiorem soricina nenia.
Iamdudum hercle equidem sentio, suspicio
Quae te sollicitet: eum esse cum illa muliere.

CLEOMACHVS.

Immo est quoque.

CHRYSALVS.

Ita me Iuppiter, Iuno, Ceres,
Minerua, Latona, Spes, Opis, Virtus, Venus,
Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,

---

45. *et ille* ΔΘpΞΩ — ω. *et illum* alii ap. Par. Ceterum Bothius olim tranſponebat *te et illic*, nuper *et illic mactamus te*. *mattamuſ* Ξ. 46. *Si — et*] *Si tibi machaera eſt* † olim, *Tibi ſi eſt machaera*, *at* idem hodie. *tibiſt* κλμψ. *machera* ΘΞΩ — ςϑι. *chaeoem* ſeruatum eſt in lacero Feſti loco p. 176. Lind. *et*] *at* ψ de Acidalii p. 210. coniectura, quae prorſus confirmatur Feſti ſcriptura *ad*. Pro *et nobis* Fulgentii codex apud Pium habet *foriſ*, *mihi*. *ueruina* ζηκ — ξω, Fulgentius Expoſ. ſerm. ant. p. 564, 24. afferens u. 46. 47. 48. *urbina* ΘpΞΩ — ςϑι. *uerbina* Δψ. *eſt*] *'ſt* κλμψ. 47. *qua*] *quā* Ωβγς. *te faciam*] *te reddam* Feſtus, quibus uerbis ab Vrſino perperam praemiſſum *ego*. *fatiam* Δ. *tu* om. Fulgentius, etiam in Pii codice, Vrſinusque. *inritaueriſ* Θψ. *irritaueriſ* ΞΩ — ξω, Fulg. 48. *confoſſiorem* ΔΘpξψω, Fulg., Donatus in Ter. Eun. V, 7, 23. citans *confoſſiorem te faciam ſoricina naenia*. Sed *confeſſiorem* ΞΩ — μ, MS. Schobing. ap. Par., Fulg. cod. ap. Pium. Apud Feſtum nihil niſi *rem* ſeruatum. *ſoricina* exſtat apud Feſtum. *ſorcina* ι. *porciona uanno* Σ (niſi forte *uanno* ſit pro *nenia*.) *nenia* ΔΘpβ — ςϑω, Fulg. Pii. *naenia* ζηι — ψ. *renia* Ω. *uenia* Ξ. 49. *ſuſpitio* ΔΘp. 50. *ſollicitet* Θζηι (ſec. Pium.) ψ. *ſolicitet* ΞΩ — ςϑκ — ξω. *eum*] *cum* Ωβγς. 51. *immo eſt quoque* ΘpΞΩ — ξω. *immo quoque* Δ. *immoſt quoque* ψ. *iupiter* ΞΩβδς. *caeres* ϑ. 52. *Minerua*, *Lato* † olim, *Latona*, *Minerua* hodie. *opiſ* Θpg, Pal., ω. *opeſ* Δcpg, ξ. *opſ* ΞΩ — μψ. 53. *pollux* ι.

Submanus, Sol, Saturnus, diique omnes ament,
Vt ille cum illa neque cubat neque ambulat
Neque osculatur, neque illud quod dici solet.

NICOBVLVS.

Vt iurat! Seruat me ille suis periuriis.

CLEOMACHVS.

Vbi nunc Mnesilochus ergo est?

CHRYSALVS.

Rus misit pater;
Illa autem in arcem abiit aedem uisere
Mineruae. Nunc aperta est: i, uise, estne ibi.

CLEOMACHVS.

Abeo ad fanum igitur.

NICOBVLVS.

Vel hercle in malam crucem.

CLEOMACHVS.

Hodie exigam aurum hoc?

CHRYSALVS.

Exige ac suspende te.
Ne supplicare censeas, nihili homo.

---

54. *ſubmanuſ ΔΘ*p, Pal., Ξψω. *ſumanus Ω — ξ.* *diique ΘΞΩ — ιξω.* *dique κλμψ.* 56. *oſculatur ΞΩ — ω.* *auſcultatur Δ*Θpg, Pal. *quod dici Δ*Θpg*ΞΩ — ω.* *quod dicis* Meurſius p. 134. 58. *nunc*] *hunc Ω.* *ergo eſt Θω.* *ergoſt ψ.* *ergo ΞΩ — ξ.* 59. *abiit Δ*Θp*ΞΩ — ςϑιψ.* *abiuit ζηκ — ξω.* 60. *apertaſt κλμψ.* *i uiſe ΘΞζηξψω.* *inuiſe Ω — ςϑι.* *uiſe κλμ.* *eſtne Δ*Θp*ΞΩ — ω.* *ſitne* (omiſſo *i*) Gruterus. Cf. Acidal. p. 210. Ceterum in Θ uocibus *i. uiſe eſt* ſuperſcriptum eſt eadem manu *imp̄. exūboeo.* 61. *NICOB. ΘΞ. CHRYS. Ω — ω.* *uel hercle ΘΞΩ — ω.* Interiectionis paenultima, ut ſaepe, corripitur, ultima non liqueſcit. *hercle uel* † olim, *uel hercule* nunc. 63. *ſuplicare Δ.* *nihili homo Δ*Θp*Ξψω.* *nihil homo Ω — ςϑι.* *homo nihili ζηκ — ξ.* *tibi nili homo* olim †. Vide Lingium de hiatu p. 56.

Ille est amotus. Sine me, per te, ere, obsecro
Deos inmortalis, ire huc intro ad filium.

Nicobvlvs.

Quid eo introibis?

Chrysalvs.

Vt eum dictis plurumis
Castigem cum haec facta sic ad hunc faciat modum.

Nicobvlvs.

Immo ero ut facias, Chrysale, et ted obsecro,
Caue parsis in eum dicere.

Chrysalvs.

Etiam me mones?
Satin est, si plura ex me audiet hodie mala,
Quam audiuit umquam Clinia ex Demetrio?

Nicobvlvs.

Lippi ille oculi seruus est simillimus:

---

64. *illeſt* κλμ. *ere* Θψ. *habere* Ωι. *hr̃e* (h. e. *habere*) βγς. *here* Ξδ(de Sarraceni coni.)ζηθκ — ξω. *opſecro* Δ. 65. *inmortalis* Ω — ιξ. *inmortalis* ψ. *immortaleſ* ΘΞω. *immortaleis* κλμ. 66. *eum*] *cum* Ξ. *plurumiſ* Θψ. *plurimiſ* ΞΩ — ξω. 67. *cum*] *quom* ψ. *facta ſic* ΔΘρΞΩ — μψ. *ſic facta* ξω. *ad hunc*] *adhuc* Ω. 68. *Chryſale ut facias* ζηκλμ. *ted* Δg man. pr., Θg m. ſec., ξω. *te*[d] Θ, et eadem quidem manu. *te* ΞΩ — μψ. *opſecro* Δ. 69. *etiamne* ΞΩ — ςθι. 70. *ſat ineſt* Ξ. *ex med hodie audibit* † olim. 71. *umquam* Θψ pro uulg. *unquam*. 72. *ille* ΔΘρΞψ. *illi* Ω — λ. *illic* μξω.

oculi] *oculi ſunt* ζη. *oculi. CH. caſſes non uidet et excipula: quae in cum tochnis noſtris parantur. NI.* Sic ι ſtupenda incogitantia. Nam quum uerba *NI. lippi illi oculi*, quae in antiquioribus edd. ſuperiori uerſui iuncta erant, in ς propter ſpatii penuriam in proximam paginam tranſlata unum uerſum efficerent reliquis multo breuiorem, Carpentarius aliquid deeſſe ad integritatem exiſtimans iſtam ſcilicet lacunam complere ipſius Pii uerbis auſus eſt ſic annotantis: *Lippi illi oculi*] *Chryſalus ſubſequitur ſubſanans et irridens ipſum nicobolum: qui tanquam lippus eſſet caſſes non uidet et excipula: quae in eum tochnis noſtris* (ſic) *parantur.* — *Seruus eſt ſimillimus*] *nicoboli uerba ſunt etiam ex praeterita formidine ſatagentis et terrefacti* e. q. ſ. *ſeruus* ΘΞΩ — ιξ. *ſeruos* κλμψω. *ſimillimuſ* ΘΞΩ — θξω. *ſimilimus* ι. *ſimillumus* κλμψ.

Si non est, nolis esse neque desideres;
Si est, abstinere quin attingas non queas.
Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,
Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua,
Atque obtruncaret moechum manufestarium.
Nunc quasi ducentis Philippis emi filium,
Quos dare promisi militi: quos non dabo
Temere etiam, priusquam filium conuenero.
Numquam edepol quicquam temere credam Chrysalo.
Verum libet etiam mihi has perlegere denuo:
Aequum est, tabellis consignatis credere.

CHRYSALVS. NICOBVLVS.

CHRYSALVS.

Atridae duo fratres cluent fecisse facinus maxumum,

---

73. *nollis* βϑϛϑ. *uollis* γ. *nolit* ι ſec. Pium, qui corr. *nollit.* *deſidero* ι ſec. Pium. 77. *mechum* Ξ. *moehcum* Θ. *mecum* Ω. *manufeſtarium* Θψ. *manifeſtarium* ΞΩ—ξω. 78. *quaſi*] *quem* Σ. *philippiſ* ΘpΞΩ—ξω. *philippeiſ* Δpg, Pal., ψ. *emi*] *eini* Θ. 80. *temere etiam* ΔΘpΞψω, Acidalius p. 211. *temere: et iam* Ω—ϛϑιξ. om. ζηκλμ. 81. *numquam* Θψ pro *nunquam.* *aedepol* Ωδζ—μ. *credam. CHR. Verum* Θ. 82. *libet etiam mihi* ΘΞξψω. *libet et mihi* Ω—ϛϑι. *libet etiam* ζη. *lubet etiam* κλμ. *lubet mi etiam* †. 83. *aequum eſt* ΘΩ—ιξ. *equum eſt* Ξ. *aequom eſt* ω. *aequomſt* κλμψ.

Actus IV. Scena IX.

CHR. NIC. om. Θ. *NIC.* eadem qua ſupra diſcrepantia.

1. *Atridae* ζηκ—ξω. *atrideſ* ΔΘpgΞΩ—ϛϑιψ. *CHRYS. trideſ* Θ. Sed in Δpg prius fuit *atridaſ duoſ fratreſ*: poſt ſupra *a* notatum eſſe *e* Pareus narrat, Gruterus autem et *ſ* eraſum mediae uocis, et ſuperſcriptum primae *Al. Atride.* Non inuenio rationem, qua ſeruari (quod uellem ſane) *atridaſ duo* poſſit. *cluent* ξψω. *clauent* Θ. *dicuntur* ΞΣΩ—μ. *maxumum* Ξκλμψω. *maximum* ΘΩ—ιξ.

Quom Priami patriam Pergamum, diuina moenitum manu,
Armis, equis, exercitu atque eximiis bellatoribus,
Mille cum numero uauium decumo anno post subegerunt:
Non pedibus tormento ruit, praeut ego erum expugnabo meum.
Sine classe sineque exercitu et tanto numero militum
Cepi, expugnaui amanti erili filio aurum ab suo patre.
Nunc priusquam huc senex uenit, libet lamentari, dum exeat.

---

2. *quom* Ξκλμψ. *quum* ζη. *cum* ΘΩ—ςϑιξω. *moenitum* ΔΘpδ(e Sarrac. corr.)ζηϑκ—ω. *menitum* Θ. *pro munitum* Θp „in gloſſa“ h. e. ſupra ſcr. *maenitum* Ξ, Pii „codex uetuſtiſſimus.“ *moenium* Ωβγς. *monitum* ι. 3—5. „Hi tres uerſus in Σ uet. tranſponuntur.“ *aequiſ* Θ. *exumiis* κλμ. 4. *mille cum* ΔΘpg, Pal., ΞΩ—ςϑι. *cum mille* ζηκλμψ. *millenum* ξω.
poſt ΘΞζηκ—ω. om. Ω—ςϑι. 5. „*Non Pelideſ tor.*] *Et propter ſcripturā ueteris libri, et ſenſus obſcuritatem, hic mihi locus ſuſpectus eſt.*“ CAMER. (*al. pelideſ*) *pedibuſ* Θ. *pelibuſ* [uoluit haud dubie *pedibuſ*] in textu, *pelideſ* ſupra lin. ΔΘp. *pelideſ* ΞΩ—ω.
tormento ΔΘpgΞΩ—ψ, Salmaſius. *ornamento* MS. Schobing. *tormento ei* Lamb. *termento* ω (poſt Curionem, Canterum Nou. Lect. III, 8., Lambinum) propter Feſti uerba a Paulo excerpta p. 155. Lind.: *termentum apud Plautum detrimentum.* *rūit* Θ, ſed ut ſemicirculo haec cum praecedente uoce infra iungatur ab ead. man., quo ſignificari *tormentorum it* uidetur. *fuit* ΞΩ—ω. Ceterum *Non pol id eſt! tormentum fuit* olim poſuerat †, *Non Pelius termento fuit* idem propoſuerat, *Non pedibus tormento ruit* nuper ſcripſit. *praeut* Θξψω. *prout* ΞΩ—μ. *ego* om. †.
erum Θψ. *herum* ΞΩ—ξω. *expugnaui* †. 6. *et tanto* ΔΘpΞΩ—ω. *atque tanto* „alii.“ *et ſine tanto* olim †.
7. *cepi* ΘΞω. *coepi* Ω—ςϑ—μψ. *caepi* ζηξ. *erili* Θψ. *herili* ΞΩ—ξω. *fili* ςι. 8. *priuſquam huc* ΔΘpΞΩ—ςϑιξψω. *prius huc quam* ζηκλμ, Acidalius p. 211. *priuſquamde huc* †.
lubet κλμ. *lamentarii* γ.

O Troia, o patria, o Pergamum, ò Priame, periisti, senex,
Qui misere male mulcabere quadringentis Philippis aureis.
Nam ego has tabellas obsignatas, consignatas quas fero,
Non sunt tabellae, sed equos, quem misere Achiui ligneum.
Epius est Pistoclerus: ab eo haec sumpta. Mnesilochus Sinon est
Relictus. Ellum, non in busto Achilli, sed lecto accubat.
Bacchidem habet secum; ille olim habuit ignem, qui signum daret:
Hunc ipsum exurit. Ego sum Vlixes, cuius consilio haec gerunt.

---

9. *Pergamus* olim †. *periiſti* ΘΞω. *periſti* ΔΘpΩ—ϛϑιξψ. *nunc periiſti* ζηκλμ. 10. *miſere*] cf. Acidalium l. c. *mulcabere* ΔΘpψ. *mulctabere* ΞΩ—μ. *multabere* ξ. *quadringentis* Ω—ω. *quadragentiſ* ΘΞ. Cf. ad u. 50. 12. *tabelle* Θ. *equoſ* Δp „antea“, κλ. *equuſ* Δp „poſtea“, ΞΩ—ιξψω. *aequuſ* Θ. *aequos* μ. 13. *epiuſ eſt* Θξψω. *epeuſ eſt* Ξζη. *epeius* Ω—ϛϑι—μ. *Epeius Piſtocleruſt* †. Scribendum *Epiuſt Piſtoclerus*. *haec ſumpta*] *haec ſunt* ζη. *hae ſumptae* coni. Diſſald. *ſinon eſt* ΘΞι(ſec. Pium.)ξψω. *ſi non eſt* Ω—ϛϑ. *ſinonſt* ζηλμ. *ſinoſt* κ, rectiſſime. 14. *relictuſ* ΔΘpgΞΩ—ω. *relectus* Meurſius p. 135. *ellum* Δpgψω. *illum* ΘpgΞ. *ille* Ω—ξ. *in buſto*] *imbuſto* Ω—i. *Achillis* olim †. *lecto* ΘΞΩ—μ. *in leoto* ξψω, neſcio num ex Δ. *Achili ſed in leoto* proponebat †. 15. *habuit*] *ut habuit* ζηκλμ, † olim. *qui ſignum* ΔΘpgΞΩ—ω. *quoi ſignum* Lamb. 16. *hunc ipſum* ΔΘpgΞΩ—ψ. *haec ipſum* ω de coni. Camerarii, prob. Palmerio Spicileg. p. 258. *hic ipſum* Douſa in marg. *exurit*] *Eſurit* Ξ. *eccum urit* Palmerius. *ulixeſ* ΘΞ, Pal. *uliſſes* Ω. *Vlyxes* ΔΘpψ. *ulyſſes* β—ξω. *cuiuſ* ΘΞΩ—ιξω. *quoius* κλμψ. *haec* ΞΩ—ω. *hanc* Θ. *haec conſilio* † olim. *gerunt* ΘpΞζηκλμψ, Acidalius p. 211. *geruntur* ΔpgΩ—ϛϑιξω.

Tum qnae hic sunt scriptae litterae, hoc in equo insunt milites
Armati atque animati probe: ita res successit meliusque adhuc.
Atque hic equus non in arcem, uerum in arcam faciet impetum:
Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equos hodie auro senis.
Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio.
Miles Menelaust; ego Agamemno, idem Vlixes Lartius;
Mnesilochus est Alexander, qui erit exitium rei patriae suae;
Is Helenam abduxit, cuia causa nunc facio obsidium Ilio.

---

17. *hic ſunt* ΔΘpΞΩ—ϛϑιξψω. *ſunt hic* ζηκλμ. *ſunt* olim †. *ſcriptae*] *deſcriptae* ζη. *littere* Θ. *literae* ω. *quae ſunt ſcriptae litterae heic* Acidalius. *hoc in*] *in hoc* Acid., *hoc indu* †. *aequo* Θ. 18. *ſubceſſit* Ξ. *meliuſque* ΔΘp ΞΩ—ω. *meliuſcule* uel *meliuſcle* Camerarius, *bellique* Acidalius, *mi uſque* Bothius non incommode. 19. *equos* κλμ. *arcam*] *artham* Ξ. *archam* Ω. *arcum* Θ initio, correctum ead. m. 20. *exicium* Δ. *exlecebra* ΔΘpξψω. *ex latebra* ΞΩ—μ. *exterebra* coni. Gruterus. *hic equos* κλμ. *equos hic* †. 21. *stollido* Ω—ϛϑ. *illio* δ. *illo* ι. 22. *menelauſt* ΔΘpξψω. *menelauſ eſt* ΘΞΩ—ϛϑι. *menelauſ* ζηκλμ. *agamenno* Θ. *agamemnon* Ξβ—ω, (quarum antiquiores *agamēnon*.) *agamenon* Ω. *ulixeſ* ΘΞ. *Vlyxes* ψ. *ulyſſes* Ω—ξω. *Lartius* Acidalius p. 212. *lertiuſ* ΘpgΞ. *lerciuſ* Δg. *laertius* ΔpΩ—ω. 23. *mneſilochuſ eſt* ΘΞΩ—ϛϑιξψω. *mneſilochus* ζηκλμ†. Scribendum *Mneſilochuſt*. *re* †. 24. *Is Helenam abduxit*] *Si Helenam abduxit* palimpſeſtus Ambroſianus Maii p. 21. *elenam* Δ.
cuia ΔΘpgω, Scioppius Suſp. Lect. I, 21. *quoia* ψ. *cui hac* Ξ. *cuius* Ω—ι. *quoius* κλμ. *cui* ξ. *cuis* coni. Boſius, *quoi* Lambinus. Cf. Acidal. p. 212. Alibi ſcriptum eſſe *hunc facio obſideri* Pius notat. *obſidium ilio* ΘΞζηκ—ω. *obſidi ilio* Ω. *obſideri ilion* β—ϛϑι.

Nam illic eidem audiui Vlixem, ut ego sum, fuisse et audacem et malum.
Dolis ego deprehensus sum: ille mendicans pene inuentus interiit.
Dum ibi exquirit fata illorum: ac similiter mihi hodie optigit.
Vinctus sum, sed dolis exemi: item se ille seruauit dolis.
Ilio tria fuisse audiui fata, quae illi forent exitio:
Signum ex arce si perisset; alterum etiam est Troili mors;
Ter-

---

25. *illic eidem* ΔΘpgΞΩ—ςϑιξψω. *illic* ζηκλμ. *illic ibidem* coni. Camerarius, *illicdem* uel *illic item* Acidalius, *illi itidem* Bothius probabiliter. *audiui*] *audi* Δg a m. pr. *Vlixem*] ut u. 22. 26. *dolis* ΔΘpΞΩ—ξψω. *doli* Acidalius p. 207. secundum IV, 4, 45. Suscepit † olim scribens *Doli ego deprensus, illic*, nuper *Deprensus doli ego, illic.* Lambinus *In dolis* posuit. *deprehensus* ΘΞι. *deprensus* Ω—ςϑμ—ω. *depraensus* ζηκλ. *pene* ΔΘpΞΩ—μω. *poene* ξ. *paene* ψ. *inuentu' interit* Acid., *inuentus interit* ψ. 27. et 28. dubitari potest, num iambici octonarii sint an septenarii trochaici. *ibi* ΔΘpΞξψ. *sibi* Ω—μ, *K* Meursii p. 135., prob. Acidal. p. 212. et transponens post *exquirit* †. „*fata* ΔΘp, sed Δ initio *facta*. ut et u. 29. 32.“ *fata* ΞΩ—ω. *illorum* ΔΘpgΞΩ—ξ. *Iliorum* coni. Gulielmus Verisimil. I, cap. 22., prob. Meurs. p. 135., Acidal. l. c., recep. ψω†. *ac similiter* Δψ. *autsimiliter* Θp. *adsimiliter* ΞΩ—μ†. *assimiliter* ξω. *id similiter* „alibi codicum legi“ Pius ait. *optigit* Θ. *obtigit* ΞΩ—ω. 28. *exemi* ΔΘpΞΩ—ςϑιξψω. *me exèmi* ζηκλμ, prob. Acid., †. 29. 30. 31. in iambicos transformare Acidalius ausus est, quem uide. *Illio* γδ. *tria*] *troia* ι. *audiui fuisse* ζηκλμ. *illi*] *illo* Θ principio, *illi* e corr. eiusdem manus. *ei* †. *exitio forent* ζηκλμψ. *exicio* Δp. 30. *Ex arce signum* ζηκλμ. *perisset* ΞΩ—ηι—ω. *periisset* Θϑ. *etiamst* ψ. *autem est* †. *mors troili* ζηκλμ.

Tertium cum portae Phrygiae limen superum scinderetur.
Paria item tria eis tribus sunt fata nostra huic Ilio:
Nam dudum primo ut dixeram nostro seni mendacium
Et de hospite et de auro et de lembo, ibi signum ex arce iam abstuli.
Iam duo restabant fata tum, nec magis id ceperam oppidum.
Post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum.
Cum censuit Mnesilochum cum uxore esse dudum militis,
Ibi uix me exsolui: atque id periclum adsimilo, Vlixem ut praedicant

---

31. *tercium* Θ. *cum* ΘΞΩ—ςϑιξω. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *portae Phrygiae*] *forte phrygiae* ΔΘpg (*Phrygiae* e 2 Mss. Pal. affert Sciopp.) *forte phrigiae* Θ. *forte phrigie* Ξ. *portae Scaeae* Ω—ω†. (Vnde liquere Gruterus ait, melioribus membranis usam principem editionem.) Huc Seruius respiciens in Virgilianum illud (Aen. II, 18.) *fatisque repulsi* sic commentatur: *oraculis. secundum Plautum tribus, uita scilicet Troili, Palladii conseruatione* [*et si Palladium mansisset in Troia* Fuld.]; *integro sepulchro Laomedontis, quod in* *S c a e a p o r t a* *fuit: ut in Bacchidibus lectum est.* *scinderetur*] *est* add. ζη. 32. *paria*] *patria* Ω. *eis tribus sunt*] *tribus eis sunt nunc* ζηκλμ: quod temere Acidalius amplexus est p. 212. *nunc tribus eis sunt* †. *nostra* ΔΘpgΞΩ—ξ. *nostro* ψω e coni. Meursii p. 135., prob. Acid. *illio* δ. 33. *primo* ΔΘpgΞΩ—λξψω. *Priamo* μ, K Meursii p. 136. *mendatium* Δp. 35. *tum* ΔΘpΞΩ—ω. *dum* Acidalius. *coeperam* Ω—ξ. *opidum* Ξ. 36. *deluli* ΘΞΩ—ω. *tetuli* † de coni. Acidalii. Cf. IV, 7, 18. 37. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *censuit*] *sensit* Σ. 38. *uix me exsolui* ΔΘpξψω. *me inunxit solui* ΞΩ—μ, Ms. Schobingeri. *me inunxit, exsolui* „alii" ap. Par. *periclum* Θζηκλμψω. *periculum* ΞΩ—ςϑιξ. *adsimilo* ΘΞΩ—ςϑι. *adsimulo* ζηψ. *assimulo* κλμξω. *Vlixem*] ut u. 25. *predicant* ΔΘpΞ. *pdicant* Θ.

Cognitum ab Helena esse proditum Hecubae. Sed ut olim ille se
Blandiciis exemit et persuasit, se ut amitteret:
Item ego dolis me illo expuli e periclo et decepi senem.
Postea cum magnifico milites, urbe uerbis qui inermus capit,
Conflixi atque hominem reppuli. Dein pugnam conserui seni:
Eum ego adeo uno mendacio deuici, uno ictu extempulo
Cepi spolia. Is nunc ducentos nummos Philippos militi,

---

39. 40. in iambicos tranſmutarunt Acidalius p. 213. et olim †. *proditumque* ξ. *eccubae* ΔΘp. *eccube* Θ. *heccube* Ξ. *ut olim ille ſe*] *ut et olim ille ſe ab ea* ζηκλμ et ſine *et* ψ. „*ab ea* om., ΔΘp.“ 40. *blandiciiſ* ΔΘpΩ — λ. *blanditiiſ* Ξμ — ω. *et*] *et ei* ζηκλμ. *ſe ut*] *ut ſe* ζηκλμ. *ut amitteret*] *uti mitteret* Σ. 41. *illo* ΞΩ — ω. *ilio* ΔΘpg. *expuli* ΔΘpg ΞΩ — ω. *exſolui* Acidalius, *extuli* Diſſaldeus. *e periclo* Θ. *e periculo* ΘgΞΩζηκλμψ. „*e* habet Θp, non item Δp.“ *periculo* ſine *e* β — ϛξω. *decaepi* ζηκλμ. 42. *poſtea* ξψω (ex Δ ut uidetur.) *poſthec* Ξ. *poſt haec* Ω — μ. *poſtidea* olim †. *poſte* Θ: cui conſentaneum eſt *poſt*, quod coni. Acid., nunc rec. †. *qui uerbis urbes* tranſponunt ζηκλμ (in qua eſt *urbeis*), *urbis qui uerbis* omiſſo *inermus* olim †. *inermuſ* ΔΘpg, Pal., Ξψω. *inermis* Ω — ξ. 43. *conflixi* ΘΞΩ — ω. *confixit* Θp. *reppuli* ΘΞΩζηκλμψ. *repuli* β — ϛθιξω. 44. *eum ego* ΘΞζηκλμψ. *cum ego* Ω — ϛθι. *ego eum* ξω. *adeo* poſt *uno* poſuit †. *uno mendatio* ΔΘp. *uno mendacio* ΞΩ — ϛθιξψω. *mendacio uno* ζηκλμ. *extempulo* Θξψω. *extemplo* ΞΩ — μ. Hoc praeſtet fortaſſe, ſiquidem uerſus trochaicus ſit octonarius (*eúm ego ádeo unó mendáció deuici uno ictu extémplo*), quem ſeptenarius ſequatur ſimiliter atque u. 47. 48. Nam et u. 45. non poteſt non eſſe trochaicus: nec de hypermetro iambico 47. cum Bothio cogitabis. 45. *cepi* ω. *coepi* Θβ — ϛθιψ. *caepi* Ωζηκ — ξ. *nunc*] *iam nunc* Acidalius. *ducentos nunc* ζηκλμ, olim †.

Quos dare se promisit, dabit.
Nunc alteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur
Ilio capto, ut sit mulsum, qui triumphent milites.
Sed Priamus hic multo illi praestat: non quinquaginta modo,
Quadringentos filios habet, atque equidem omnis lectos sine probro.
Eos ego hodie omnis contruncabo duobus solis ictibus.
Nunc Priamo nostro si est quis emptor, coemptionalem senem
Vendam ego, uenalem quem habeo, extemplo, ubi oppidum expugnauero.

---

46. „Vtrinque defectus eſt in hoc uerſu tam in Δρ quam Θρ, et τὸ *q* minuſcula eſt littera. Vox tamen *Militi* [huic uerſui praemiſſa in ψ] adnectitur adhuc praecedenti uerſui.“ Hoc eſt: uerba *quoſ — dabit* in media ſunt linea exàrata in Θ. *dare ſe* om. ζη.
47. *nunc* om. ζη. *alteris*] | *aliis* olim coni. †. Mihi *alteris* biſyllabum eſſe uidetur, ut in Captiu. II, 2, 56. *alterius* triſyllabum: de quo alibi dixi. *uſuſt* ψ. *qui diſpenſentur* || *Ilio capto*] *capto Ilio* || *Qui diſpenſentur* Acidalius p. 213., ut iambicos restitueret, quem olim ſecutus †. Hic quid nunc probet, dixi ad u. 44. *quid* ι. *diſpenſentur* Ξζηκ — ω. *diſpenſetur* ΘΩ — ϛϑι. 48. *illia* δ. *ut* ΔΘρΞΩ — ω. *uti* Acidal. *ſit mulſum qui* om. ζηκλ. *triumphant* ι. 49. *preſtat* ΔΘρ. *p̄ſtat* Θ.
50. *quadringentos*] *quadrigentos* Conr. Schneiderus Gramm. lat. Elem. I, p. 735. Reizii exemplo in Rud. V, 3 (2), 37. Vbi etſi non magis quam hic libri diſcrepant, tamen aliquantum ualet *quadragentiſ* ſcriptùra huius ſcenae u. 10., rem conficere illud uidetur, quod infra (V, 2, 64.) liquido ſcriptum *quadrigentiſ* Θ ſeruauit. *atque equidem*] *ac quidem* † olim. *omniſ* ΘΞΩ — ψ. *omnes* ω. *probo* Ω. 51. *eos*] *quos* ζη. *omnis* ψ. *oīſ* Θ. *omneſ*
m
ΞΩ — ιξω. *omneis* κλμ. 52. *eptor* Θ. *quis eſt* ζηκλμ. *coemptionalem* Δρ, ſed ut *comptionalem* initio fuerit, ξψω. (*coemptialem* Δg.) *comptialem* Θρg. *comicialem* ΞΣΩ — μ. 53. *habebo* Θ. *opidum* Ξ. *expurgauero* Ω.

Sed Priamum adstantem eccum ante portam uideo: adibo atque adloquar.

NICOBVLVS.

Cuianam uox prope me sonat?

CHRYSALVS.

O Nicobule!

NICOBVLVS.

Quid fit?

Quid? quod te misi, ecquid egisti?

CHRYSALVS.

Rogas? congredere.

NICOBVLVS.

Gradior.

CHRYSALVS.

Optumus sum orator: ad lacrumas coegi hominem castigando

Maleque dictis, quae quidem quiui comminisci.

---

54. *adſtante mecum* Θ. *adſtantem eccom* ψ. *aſtantem eccum* ΞΩ—ξω. *uideo* „Δ poſtea", ΞΩ—ω. *uidebo* „Δ prius", Θp. *adloquar* ΘΞψ. *alloquar* Ω—ξω. 55. *NIC.* om. Θ, ſed uacuo ſpatio relicto. *quoianam* κλμ. *uox*] *uox hic* ſi ſcribas coll. Rud. I, 4, 10., octonarium nanciſcare certe proximi ſimillimum, quanquam etiam caeſurae aſperitate ſimillimum. Non auſim certe iambicum ſeptenarium ſic efformare: *Cuiúſnam uox p. m. ſonát* —. Cum Acidalio olim hallucinatus †, nunc noua moliens cogitat de aſynartetis. *CHR.* om. Θ. cum lacuna. *nicobole* ΞΩ—ςκλμ. *NIC.* om. Θ c. lac. *fit*] *fit chryſale* ζηκλμ.

56. *quid quod* ΔΞΩ—ω. *quicquid* Θp. *quid quid* Θ. *ecquid*] *haec* q̄t Θ, ut, *quid* an *quod* uoluerit librarius, non liqueat. *ecquidnam* ζηκλμ. *egiſti* ΘΞζηκ—ω. *cogiſtin* Ω—ςϑ. *coegiſtin* ι (ſec. Pium.) *CHR.* om. Θ c. lac. *congredere*] *congredere nunc* ζη. *gradere nunc* κλμ. *NIC.* om. Θ. *gradior* ΘΞΩ—μ. *congredior* ξψω. 57. *CHR.* om. Θ. *optumuſ* Θκλμψω. *optimuſ* ΞΩ—ιξ. *orator ſum* †. *lacrumaſ* Ξξψω. *lucrumaſ* Θ. *lachrymas* Ω—ϑ. *lachrimas* ι. *lachrumas* κλμ. 58. *equidem* Ξ.

NICOBVLVS.

Quid ait?

CHRYSALVS.

Verbum
Nullum fecit, lacrumans tacitus auscultabat, quae ego loquebar,
Tacitus conscripsit tabellas, obsignatas mihi has dedit,
Tibi me iussit dare: sed metuo, ne idem cantent, quod priores.
Nosce signum: estne eius?

NICOBVLVS.

Noui. Libet perlegere has.

CHRYSALVS.

Perlege.
Nunc superum limen scinditur, nunc adest exitium Ilio.
Turbat equos lepide ligneus.

NICOBVLVS.

Chrysale, ades, dum ego has perlego.

NIC. om. *Θ*. *quid ΔΘ*pΞΩ—ςϑιξω. *quid ille* ζηκλμψ.
CHR. om. *Θ*, c. lac. 59. *lacrumanſ* ΘΞξψω. *lachrymans* Ω—ι. *lachrumans* κλμ. *que* Θ. *q̄* Ξ. *loq̄bar* Ξ.
60. *mihi haſ* ΔΘpΞΩ—ω. *mihi has dedit* om. ζη. *has dedit mi* Acidalius p. 213. *has dedit mihi obſignatas* olim †.
62. *eſtne* om. ζηκλμ. *libet* ΘΞΩ—ιξψω. *lubet* κλμ. „*perlegere*, non *pelleg.* ΔΘp, ut et uerſ. ſeqq.“ Item hic ΞΩ—ιξψω, *pellegere* et *pellege* κλμ. *perlegere has*] *perlegerebaſ* Θ.
63. *Nunc*] *hunc* Ω. *nunc adeſt* ΔΘpΞΩ—ςϑιξω. *nunc prope adeſt* Acidalius, ψ. *nunc nunc adeſt* † olim, *adeſt nunc* hodie. *exitium adeſt* ζηκλμ. *exicium* ΔΘp. *illio* δ.
64. *equoſ* Pal., κλμ. *equus* ΘΞΩ—ιξψω. *lepide* ΘΞκ—ω. *lapides* Ω—ι. *equos lepide turbat* olim †. *dum*] *cum* ι. *has ego* ζηκλμ. *perlego* Θ, Pal., ψω. *pellego* ΞΩ—ξ.

CHRYSALVS.

Quid me tibi adesse opus est?

NICOBVLVS.

Volo, ut quod iubebo facias:
Vt scias, quae hic scripta sient.

CHRYSALVS.

Nihil moror neque scire uolo.

NICOBVLVS.

Tamen ades.

CHRYSALVS.

Quid opust?

NICOBVLVS.

Taceas. Quod iubeo, id facias.

CHRYSALVS.

Adero.

NICOBVLVS.

Euge litteras minutas.

CHRYSALVS.

Qui quidem uideat parum;
Verum qui satis uideat, grandes satis sunt.

---

65. *me tibi* ΔΘρΞΩ—μψω. *tibi me* ξ. *opuſt* ψ. *ut* om. ζη. *iubebo* Δω. *iubeo* ΘρΞΩ—ψ†. Hoc ſi praeferas, ſcribendum *te iubeo* ut u. 70. Aſynartetos hic et deinceps comminiſcitur †. 66. *ſient* ΘΞΩ—ϛηϑ—κω. *ſien* ι. *ſcient* ζ. *ſint olim* †. Trochaicum ſeptenarium quanquam parum elegantem aut ſic metiare: *út ſciás quae hic ſcripta ſiént: nihil morór neque ſcire uólo*, aut ſic: *út ſciás quae hic ſcriptá ſient: nil m. n. ſ. u. nec* Ξ. *nequé uolo ſcire* † non male. 67. *opuſt* Θψ. *opuſ eſt* ΞΩ—ξω: quod eſt neceſſarium. *quod iubeo id* ΘΞΩ—ϛϑξψω. *et quod iubeo* ζη. *id quod iubeo* κλμ. *quod iubeo* ι. Scribendum aut *quod iubebo id* aut *quod te iubeo*. Cf. ad u. 65. 68. *Euge* ξψω, ex Δ ut uidetur. *eu* Θ. *heu* ΞΩ—μ.

NICOBVLVS.

Animum aduortito igitur.

CHRYSALVS.

Nolo, inquam.

NICOBVLVS.

At uolo, inquam.

CHRYSALVS.

Quid opust?

NICOBVLVS.

At enim id, quod te iubeo, facias.

CHRYSALVS.

Iustum est: tuus tibi seruus tuo arbitratu seruiat.

NICOBVLVS.

Hoc age sis iam nunc.

CHRYSALVS.

Vbi lubet, recita: aurium operam tibi dico.

NICOBVLVS.

Cerae quidem haud parsit neque stilo; sed quicquid est, pellegere certum cst.

---

69. *animum aduortito* ΔΘρκλμψω. *animum aduorte* ΞΩ—ιξ. *aduerte* Acidalius p. 214. 70. *at uolo*] *aduolo* Ω. *opuſt* Θψ. *opuſ eſt* ΞΩ—ξω. *id* om. ψ. *te iubeo* ΔΘρζηκλμψω. *iubeo* ΞΩ—ϛϑιξ. 71. *iuſtumſt* ψ. *ſeruuſ* ΘΞΩ—ιξ. *ſeruos* κλμψω. *tuo* ΞΩ—ω. *tunc* Θ, ortum ex *tuo*, *tūo*, *tūc*. Huius ſeptenarii menſuram: *iúſtum eſt: túus tibi ſeruús tuo árbitrátu ſéruiat*, cum non perſpiceret Bothius, in huius u. initium cum Acidalio olim traiecit *facias*, in prioris initium *igitur*, antepaenultimum (u. 69.) pro ſeptenario habens, qui eſt octonarius. 72. *iam nunc* ΘρΞΩ—ξω. *nunc iam* Δψ. *dico* Θξψω. *dabo* ΞΩ—μ. Iambicus eſt octonarius. 73. *caerae* Ω—ζϑ. *quidem* ΘΩ—ω. om. olim ✝. *equidem* Ξ: quod uerum puto. *haut* ψ. *ſed* uidetur delendum eſſe. *pellegere* ΘΞ. *perlegere* Ω—ω. *perlegere eſt certum* ζη. *perlegereſt certum* κλμ.

Pater, ducentos Philippos, quaeso, Chrysalo
Da, si esse saluum uis me aut uitalem tibi.
Malum quidem hercle magnum.

CHRYSALVS.

Tibi dico ..

NICOBVLVS.

Quid est?

CHRYSALVS.

Non prius salutem scripsit?

NICOBVLVS.

Nusquam sentio.

CHRYSALVS.

Non dabis, si sapies; uerum si das maxume,
Ne ille alium gerulum quaerat, si sapiet, sibi.
Nam ego non laturus sum, si iubeas maxume:
Sat sic suspectus sum, cum careo noxia.

NICOBVLVS.

Auscultа porro, dum hoc, quod scriptum est, perlego.

CHRYSALVS.

Inde a principio iam impudens epistola est.

---

74. „*pater* ΔΘp. Atque in utroque ſpatium hoc loco relictum, cum hac epigraphe in Δ: *EPIA.*“: hoc eſt *epiſtola*. Spatium in Θ eſt tanquam inter duas ſcenas medium. *NICOB̄. ater* Θ. *O pater* ΞΩ—μ. *Pater* ξψω. *queſo* ΔΘpΞ. *chriſalo* Ξ.
75. *ſaluom* κλμψω. *me uiſ* Ξ. 76. *Malum — magnum. CHR. tibi dico. NIC. quid* Θ, † nuper. *CHR. Malum — magnum, tibi dioo. NIC. quid* ΞΩ—ω. „*magnum ..... tibi*] in Δ lacuna eſt: non item in Θp.“ 78. *ſapeſ* Θ, ſed ut uideatur prius fuiſſe *ſapiſ*. 79. *ne* ΘΞΩ—ςϑ. *nae* ζηι—ω. *gerurulum* Θ. *querat* ΔΘpΞ. 81. *quom* ψ. 82. *ſcriptumſt* ψ. *ſcriptuſt* κλμ. *perlego* Θ, Pal., Ω—ιψ. *pellego* Ξκ—ξω.
83. Hunc u. tranſponi poſt u. aut 76. aut 77. iuſſit Acidalius: hoc amplexus †. Nicobulo hunc et proximum u. continuat Θ. *epiſtula eſt* Ξ. *epiſtolaſt* ψ.

NICOBVLVS.

Pudet prodire me ad te in conspectum, pater:
Tantum flagitium te scire audiui meum,
Quod cum peregrini cubui uxore militis.
Pol haud derides: nam ducentis aureis
Philippis redemi uitam ex flagitio tuam.

CHRYSALVS.

Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.

NICOBVLVS.

Stulte fecisse fateor; sed quaeso, pater,
Ne me, in stultitia si deliqui, deseras.
Ego animo cupido atque oculis indomitis fui:
Persuasum est facere, quoius me nunc facti pudet.
Prius te cauisse ergo quam pudere aequum fuit.

CHRYSALVS.

Eadem istaec uerba dudum illi dixi omnia.

NICOBVLVS.

Quaeso, ut sat habeas id, pater, quod Chrysalus
Me obiurgauit plurumis uerbis malis

---

84. *in conſpectum* ΘpΞΩ—ω. *in conſpectu* Δ. 85. *flagicium* Θ. *ſcire audiui*] *ſciuire audiuire* Θ. 86. *militis*] *multiſ* Θ. 87. *NICOB.* praemittunt ι (ſec. Pium) ξω†.
hi
haut ψ. 89. *Nil* Θ. 90. *queſo* ΔΘpΞ. 91. *ſtultia* Θ. *ſtulticia* ΞΩ—ηκλξ. 93. *perſuaſumſt* ψ. *ſic mihi perſuaſum eſt* ι. *quoiuſ* Pal., κλμψ. *cuiuſ* ΘΞΩ—ιξω. *me nunc* ΘΞ, † de coni. tacite. *nunc me* Ω—ω. *facti* ΞΩ—ω, ut uidetur etiam Δ. om. Θ, ſed ut poſt *cuiuſ*, quod eſt in fine uerſus, raſum uideatur. 94. *NICOB.* praemittunt ι (propter male intellectam Pii notationem) ξω: ut u. 87. *te prius cauiſſe* ζηκλμ. *prius cauiſſe* ſec. Acidalium †, in duas ſyllabas coire *cauiſſe* ignorans. *equm* ΔΘp. *aequum* ΘΩ—ιξ. *equum* Ξ. *aequom* κλμψω.
96. *queſo* ΔΘpΞ. 97. *me obiurgauit* ΘΞΩ—ςθιω. *Med obiurgauit* †. *Obiurgauit me* ζηκ—ψ. *plurumiſ* Θψ. *plurimiſ* ΞΩ—ξω.

Et me meliorem fecit praeceptis suis,
Vt te ei habere gratiam aequum sit bonam.

CHRYSALVS.

Estne istuc istic scriptum?

NICOBVLVS.

Hem specta, tum scies.

CHRYSALVS.

Vt, qui deliquit, supplex est ultro omnibus!

NICOBVLVS.

Nunc si me fas est obsecrare abs te, pater,
Da mihi ducentos nummos Philippos, te obsecro.

CHRYSALVS.

Ne unum quidem hercle, si sapis.

NICOBVLVS.

Sine perlegam.
Ego iusiurandum uerbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri ante uesperum,
Priusquam a me abiret: nunc, pater, ne periurem,

---

98. *preceptiſ* ΔΘp. *praeceptiſ* Θ. 99. *ei te* ζηκλμ. *ei* ΔΘpΞΩ—ξω. *eii* ψ ſec. Lamb. *aequom* κλμψω. 100. *eſt-ne*] *ne* β—ςϑι. Quippe in Ω fuerat *ẽne*. *hem* ΘΞΩ—ω. *em* ΔΘp. *ſpecta tum* ΔΘΞΩ—ω. *ſpectadum* coni. Gruterus. 101. *qui* ΘΞζηκ—ω. *quid* Ω—ςϑι. 102. *abs te*] *abeſt* γςϑι. *ab ſte* δ. *te* Acidalius. 103. *numboſ* Δ. 104. *pellegam* κ—ξω. 105. *concaeptis* ζη. 107. „*pater ne peierem*] *pater* om. Θg, habetque *periurem* Δg. quod cum uitiaret uerſum, Aldus tranſpoſuit *ne periurem pater*, quod imitatus eſt Pareus.“ „*nunc ne periurem pater*] *periurem* ΔΘp, et Δp ſic: *n. pater. n. p. ourā.*“ *nunc ne periurem pater* „Pal.“, h. e., ut e Suſp. Lect. V, ep. 15. apparet, ΔΘ. Haec teſtimonia quum et inter ſe pugnent et ex parte (quantum e Θ perſpicio) cum ueritate, nec multum tribui mendaci ſaepe Scioppii affirmationi poſſit: haud ſcio an pro *ne periurem pater*, quod eſt in ζηκλμψ†, praeſtet cum ξω ſcribere *pater ne peierem*. Nam *pater ne periurem* ΞΩ—ςϑι. *ne periurem* ſine *pater* Θ.

Cura atque abduce me hinc ab hac quantum potes,
Quam propter tantum damni feci et flagitii.
Caue tibi ducenti nummi diuidiae fuant:
Sescenta tanta reddam, si uiuo, tibi.
Vale atque haec cura. Quid nunc censes, Chrysale?

CHRYSALVS.

Nihil ego tibi hodie consilii quicquam dabo,
Neque ego haud committam, ut, si quid peccatum siet,
Fecisse dicas de meamet sententia.
Verum ut ego opinor, si ego in istoc sim loco,
Dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam.
Duae conditiones sunt: utram tu accipias, uide:

---

108. *abduce* ζηκ—ω. *adduce* Θ. *abduc* ΞΩ—ςϑι. *potes* Θpg*Δ*g, „dein *Δ*p“, ΞΩ—μ. *potest* „*Δ*p initio“, ξψω. 109. *qua propter* Ω—ςϑι. *damni*] *dāpni* Θ. *flagicii* Θ.
110. *diuidiae* ξψω. *diuiciae* Θ. *diuitie* Ξ. *diuitiae* *Δ*Θpg, Pal., Ω—μ. Cf. IV, 6, 1. 111. *sescenta* *Δ*Θpψ. *sexcenta* ΞΩ—ξω. Illam formam *Δ*Θ praebent in Menaechm. V, 4, 8. Pseud. II, 2, 37. Poen. I, 1, 38. Pers. I, 3, 37. III, 1, 66. Trin. III, 3, 62., Θ in Pers. V, 2, 70. (ubi de *Δ*Θ tacens ψ exhibet *sescenti*), *Δ* autem in Capt. III, 5, 68. et Aul. II, 4, 41., ubi Pareus ita ferme ubique in *Δ* esse testatur. *tanta* ΘΞζ(„ex codd. antiqq.“)ηκ—ω. *tantum* Ω—ςϑι. 112. *hec* Θ̀Ξ. $\overset{l}{\textit{chrysae}}$ Θ. 113. $\overset{hi}{\textit{Nil}}$ Θ. *hodie consilii* ΘΞψω, Acidalius p. 214. (*tibi hodie* e *Δ*Θp notatur.) *consilii hodie* Ω—ξ. 114. *neque*] *namque* c. Lamb. *haut* ψ. *siet* Θζηκ—ω. *fiet* ΞΩ—ςϑι. 115. *de meamet* scripsi. *de mea me* Θpψ. *de me mea* *Δ*pΞ. (*de me mea* *Δ*Θg: minore fide.) *de mea* Ω—ξω. In Θ etsi positum est *dèmeamè* : quibus notis inuertendum esse uerborum ordinem significatur: tamen illud conieci coll. Poen. I, 3, 37., ubi *meamet culpa meo* est in *Δ*, *meam culpāeo* in Θ, *mea culpa meo* in ΞΩ. 116. *sim* *Δ*ΘpΞ. *sum* Ω—ςϑι. *siem* ζηκ—ω. 118. *due* ΘΞ. *utram tu* *Δ*ΘpΞΩ—ω. *tu utram* Acidalius p. 215.

Vel ut aurum perdas uel ut amator peieret.
Ego neque te iubeo neque ueto neque suadeo.

NICOBVLVS.

Miseret me illius.

CHRYSALVS.

Tuus est, non mirum facis.
Si plus perdundum sit, periisse suauiust,
Quam illud flagitium uolgo dispalescere.

NICOBVLVS.

Ne ille edepol Ephesi multo mauellem foret,
Dum saluus esset, quam reuenisset domum.
Quid ego istic? quod perdundumst, properem perdere? —

---

119. *uel ut aurum*] *uelit aurum* ι. *perdaſ* ΘpΞΩ — ω, Δp „initio." *perdam* Δp „poſt." *ut amator*] *tuus amator* ει. *peieret* ξω. *periuret* ΔΘp, Pal., ΞΩ — μψ. 120. *nec te* Ξ. 121. *faciſ* ΘpΞΩ — ω, Δp „poſtea." *faciaſ* Δp „antea." 122. *perdundum ſit* ΔgΘpΞΩ — ξω. (*perdundumſt* Δψ.) *periiſſe* ΘΞ. *periſſe* Ω — ω. *ſuauiuſ eſt* ΘΞΩ — ξω. *ſuauluſt* ψ. *ſatius eſt* Douſa, eumque ſecutus tum hic tum Perſ. IV, 8, 70. Pareus ed. III. 123. *illud* ΘpΞΩ — ω. *illum* Δp. *iſtuc* Pal. *illuc* ✝. *uolgo* ΘΩ — ω. *uulgo* Ξ. 124. „*ne ille edep.* Θp." *ne etiam* ΞΩ — ϛϑ. *nae* ζηι(ſec. Pium.)κ — ω. *aedepol* δϛη — μ. *epheſi*] *ephi* Ω. 125. *ſaluuſ* ΘΞΩ — ιξ. *ſaluos* κλμψω. 126. „In Θp hoc loco uitio ſcribae tota pagina eſt tranſpoſita". Immo bibliopegi uitio integrum hic folium interiectum eſt, exitum fabulae tenens a uerbis *Audeſ .. qui non* Act. V, Sc. 2, u. 44. Simillimo errore initium Moſtellariae turbatum eſt, cuius primo folio continentur I, 1, 55. ad I, 2, 49., altero I, 2, 49. ad I, 3, 32. addita uoce *morem*, tertio Argumentum cum I, 1, 1. ad I, 1, 55. *quid ego iſtic quod perdundumſt properem* ΔΘpψ et (niſi quod *perduduſt* κλμ, *perdundum eſt* reliqui) ΞΩ — ϑκ — ξ. „*perduduſt* Δg." *quid ergo iſtic quod perdundum eſt propere* Θg: uere quidem. *quin ergo iſtic q. p. e. properem* ι(ex Pii „antiquis exemplaribus")ω. *quin ergo iſtic q. p. e. propero* Gruterus. *quin ego iſtuc, q. p. e., properem* ✝ olim, *quid ego iſtic? q. p. e. properem* idem nuper. *quid ego iſtuc? q. p. e. properem* uel *quid ago? iſtuc q. p. e. p.* uel *CH. quid ego? NI. iſtuc q. p. e. p.* Acidalius p. 215.

Binos ducentos Philippos iam intus ecferam,
Et militi quos dudum promisi miser,
Et istos. Mane istic: iam exeo ad te, Chrysale.

CHRYSALVS.

Fit uasta Troia, scindunt proceres Pergamum.
Sciui ego iamdudum fore me exitium Pergamo.
Edepol qui me esse dicat cruciatu malo
Dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare:
Tantas turbellas facio. Sed crepuit foris:
Ecfertur praeda ex Troia. Taceam nunc iam.

NICOBVLVS.

Cape hoc tibi aurum, Chrysale, i, fer filio.
Ego ad forum autem hinc ibo, ut soluam militem.

CHRYSALVS.

Non equidem accipiam: proin tu quaeras, qui ferat.
Nolo ego mihi credi.

NICOBVLVS.

Cape uero: odiose facis.

CHRYSALVS.

Non equidem capiam.

NICOBVLVS.

At quaeso.

---

127. *ecferam* ΔΘp, „nisi quod in Δ postea factum *efferam*.“ *efferam* ΞΩ—ω. 128. *promisi miser Et*] *promisimus eret* Θ. *chrisale* Θ. 131. *excicium* Δp. *exitium* ΘΞΩ—ω. „*Pergamo* Σ;“ ΘΞΩ—ξψω. Videlicet in ξ altera erratum *Pergamum*, quod transiit in Sambuci editionem. 132. *aedepol* δ—μ. 133. *ne* ΔΘp(ad u. 76.)ΞΩ—ςϑι. *nae* ξηχ—ω. *haut* ψ. *ausin* δ. 134. *turbellas* ΔΘpΞΩ—ω, itemque in Pseudol. I, 1, 108. *turbelas* † Meursium p. 136. secutus. 135. *ecfertur* ΔΘp, Pal. *effertur* „Δ postea“, ΞΩ—ω. 136. *i*] *id est* Ξ: quorum uocabulorum compendium solet *i* esse duobus punctis cinctum. *militem*] *militi* †. 138. *queras* ΔΘpΞ. 139. *cape* ΘΞΩ—ιξψω. *caue* κλμ, Sosipater Charisius p. 187, 32. afferens *odiose facis, caue uero*. 140. *queso* ΔΘpΞ.

CHRYSALVS.

Dico, ut res se habet

NICOBVLVS.

Morare.

CHRYSALVS.

Nolo, inquam, aurum concredi mihi.
Vel da aliquem, qui me seruet.

NICOBVLVS.

Ohe odiose facis.

CHRYSALVS.

Cedo, si necesse est.

NICOBVLVS.

Cura hoc: iam ego huc reuenero.

CHRYSALVS.

Curatum est, esse te senem miserrumum.
Hoc est incepta efficere pulchre, ueluti mihi
Euenit, ut ouans praeda onustus incederem.
Salute nostra atque urbe capta per dolum

---

141. *morare?* Θ. *concredi*] *credi* Ξ. 142. *uel da aliquem qui me seruet* ξψω. om. ΘΞΩ—μ. Vt ex Δ illa prolata esse appareat. *ohe* om. †. 143. *est*] *sit* Θ, sed nota infra posita, qua delendam eam uocem esse significatur, et supra scripto *est*. In ζη legitur *id est*. *huc*] *ho* Θ. *iam ego huc* ΘΞω. *iam ego* Ω—ςϑιξ†. *ad uos iam ego a foro* ζηκλμ. *ad uos iam ego huc a foro* ψ. „*ad uos* om. ΔΘp." Non satis placet *reuenero huc*. 144. *curatumst* ψ. *curatust* κλμ. *te esse* ζηκλμ. *miserrumum* Θω. *miserrimum* ΞΩ—ςϑιξ. *omnium miserrimum* ζη. *omnium miserrumum* κλμψ. „*omnium* om. ΔΘg." 145. *incepta* ΔΘpΞΩβγςιξψω. *incoepta* δζηϑκλμ. *ecficere* †. *pulcre* ξψ. *ueluti mihi* ΘΞΩ—μω. *ueluti nunc mihi* ξψ. „*nunc* om. ΔΘp." *uel mihi ut* † olim, *uel mihi* idem nuper. 146. *preda* ΔΞ. *honustus* Δ „initio." *incederem*] *cederem* Bentleius in Horat. Epist. II, 1, 67., prob. Goellerus in Trinum. u. 1140. p. 131.

Domum reduco integrum omnem exercitum.
Sed, spectatores, uos nunc ne miremini,
Quod non triumpho: peruulgatum est: nihil moror.
Verumtamen accipientur mulso milites.
Nunc hanc praedam omnem ad quaestorem deferam.

PHILOXENVS.

Quam magis in pectore meo foueo, quas meus filius turbas turbet,
Quam se ad uitam et quos ad mores praecipitem inscitus capessat;

---

148. *reduco integrum omnem Θκλμω. educo integrum omnem ΞΩ—ςϑι. reduco integrum omnem hunc ζη. reduco integrum omnem hinc ξψ.* „*hinc* om. ΔΘp." 149. Hos quattuor uerſus Plauti eſſe negat Oſannus Anal. crit. p. 182. Cf. IV, 9, 48. 150. *peruulgatum eſt ΘΞΩ—ςϑιξω. peruulgatum ζη. peruolgatuſt κλμ. peruolgatumſt ψ. nil Ξ.* 152. *predam ΔΞ. praedam hanc* ✝. *ad ΘΞΩ—ςϑ—μ. hine ad ζη. iam ad ξψω:* quod uereor ut in Δ ſit. *queſtorem ΔΘpΞ. defferam Ωζ.*

Actus IV. Scena X.

Philoxenus ξψω. om. Θ. *Phyloxenes δϑλ. Philoxenes ικμ. Nicoboluſ ΞΩβγςζη.*

Tetrametris anapaeſticis acatalectis et catalecticis alternantibus hanc ſcenam Hermannus diſpoſuit Elem. doctr. metr. p. 415. ſq.: quae haud ſcio an uno trochaicorum genere octonariorum deſcribi poſſit. Neque enim ita factis ab Hermanno mutationibus opus.

1. *Quam*] *NICŪB. uam Θ. mage péctore in meo* ✝. Multo magis placeat *magis in meo péctore.* 2. *moreſ ΔΘpg*, „2 mſ. Pal.," *Ξκλμψω. amores Ω—ιξ. precipitem ΔΘpΞ. p̄cipitē Θ. inſcitis Ω. inſcitiis ζηκλμ. capeſcat Θp.*

Magis curae est magisque adformido, ne is pereat neu corrumpatur.
Scio: fui ego illa aetate et feci illa omnia, sed more modesto.
Neque placitant mores, quibus uideo uolgo gnatos esse parentes.
Duxi, habui scortum, potaui, dedi, donaui: etenim id
Raro. Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animo obsequium
Su-

---

3. *mage* †. *magisque*] *magisque ego* ζη. *mageque* †. *adformido* ΔΞΩ — μψ. *afformido* Θρξω. 4. *fui ego* ΘΞΩ ζηκλμ. *ego fui* β — ϛϑιξψω. *illa aetate* ΞΩ — μ. *aetate* sine *illa* Θ. Pronuntiandum aut *féci illa omnia*, aut, quod praestat, *féci illa ómnia.* *more modesto* ΔΘρΞΩ — ξω. *modesto more* ψ† secundum Acidalium. Ceterum huic uersui proximus praemittitur a ψ†, Acidalio p. 215. et Hieronymo Grosslotio Lisslaeo in marg. Dous. Falsa enim tum Pareus refert tum Taubmannus.

5. *uolgo* ΘρΩ — ω. *uulgo* Ξ. *gnatos* ΔΘρξ, Pal., Ξψ. *gnatis* Ω — ξω. *esse parentes* ΔΘρΞΩ — ω. *parentes Esse* Acidalius.

6. *dixi* Θ. *potaui dedi* ΔΘρΞΩ — ξ. *potauid edi* ψ (e ΔΘ ut ait), Bothius, quem uid. ad Amphitr. Prol. u. 149. *potaui edi* ω. de Merceri coni. apud Gulielmum Miscell. Quaest. cap. III., prob. Acidal. *potaui dedi* Θ cum uacuo spatio, in quo ante rasuram fuit *et*. *et enim* ΔΘρΞΩ — ω. *at enim* coni. Pareus, rec. Hermannus et olim Bothius. *sed enim* Acidalius. *raro* ego traieci in proximi u. initium: quippe et *duxi* et *donaui* puto hiatum admittere. 7. *ego* ΔΘρΞΩ — ϛϑ — ω. *sed ego* ζη. *ergo* † sec. Acidalium. *me ludum*] *medū* Θ. *meo* om. Hermannus. *gnato* Θψω. *nato* ΞΩ — ξ. *institiui* olim †. *ut* post *obsequium* posuit Hermannus. *animo obsequium* ξψω. *animū obsequium* Θ, sed illud *ū* e corr. *animo obseqndo* Ξ, quod *obsequendo* significat. *animo obsequi dando* Ω — ϛϑι. *obsequi animo ac dando* ζη. *obsequium animo* κλμ. Ceterum huc respiciens Donatus in Terent. Andr. I, 1, 41. *falsum est autem* inquit *quod Cicero dixit obsequium primum dixisse Terentium, cum et Plautus et Naeuius ante dixerint.* Cf. Quintil. VIII, 3, 35. cum interpr.

Sumere possit: aequum esse puto: sed nimis nolo desidiae
Ei dare ludum. Nunc Mnesilochum, quod mandaui, uiso,
Ecquid eum ad uirtutem aut ad frugem opera sua conpulerit,
Sicut eum, si conuenit, scio fecisse: eost ingenio natus.

---

8. *possiet* †, pergens *puto aequom: sed* —. *aequum esse* Ω—ϛϑιξ. *equum esse* ΘΞ. *aequom esse* ψω. *aequum* ζη. *aequom* κλμ. *nimium* ζηκλμ. *uolo* Ω—ϛϑ. *desidiae ei*] *desidiei* Hermannus. 9. *ei dare* Δp („qui haec uerba una cum proximo *ludum* annectit antecedenti uersui") ΘpΞΩ—ω. *eii dare* Acidalius: qua scriptura non opus spondeum exoptanti. *ei dari* †. *em dare* (h. e. eum) Dousa Expl. II, 25. (*ei desidiae* cum dicitur in ΔΘg coniungi, nihil haec notatio ad collocationem uerborum spectat.) *mesilochū* Θ. *ad Mnesilochum* † de coni. Acidalii.
10. *eum ad uirtutem* ΔΘpΞζηκ—ω. *cum ad uirtutem* Ω—ϛϑι. *ad uirtutem eum* olim † sec. Acidal. Non coalescit *uirtutem*. *conpulerit* Θψ. *compulerit* uulgo. 11. *si* ΔΘpξψω. om. ΞΩ—μ, Hermannus. *eost* Δp. *eo est* Θp. *eo est ingenio* ΘΞΩ—ϛϑιξω. *eost ingenio* ψ. *eo ingenio est* ζη. *eo ingeniost* κλμ. *gnatus* ψ.

NICOBVLVS. PHILOXENVS.

NICOBVLVS.

Quicunque ubi sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnis longe antedeo stultitia et moribus indoctis.

Actus V. Scena I.

Nicobulus. Philoxenus ξψω. om. Θ. *Nicoboluſ. Philoxeneſ* ΞΩβγϛζηικμ. *Nicobolus. Phyloxenes* δϑλ.

V. 1 — 17. anapaeſticos tetrametros catalecticos, interiectis quibuſdam acatalectis, Hermannus conſtituit Elem. doctr. metr. p. 414. ſq. Qui uerſus etſi longe maxima ex parte ad trochaicorum octonariorum ſpeciem accommodari nullo negotio poſſunt, tamen quamuis emendationem reſpuere ſecundus uidetur, dubitationis aliquid etiam u. 17. iniicit. Itaque de genere numerorum in Hermanni ego ſententiam cedens hoc unum mihi non perſuadeo, continuos catalecticos eſſe, quos ſeruata ubique librorum ſcriptura acatalectos aut eodem aut maiore iure haberi poſſe uideam. Ac quum certis indiciis catalectici prodantur u. 5. et 17. ſoli, his quidem neſcio an merito addantur u. 10. et 15. Vt certe quattuor ſyſtemata habeamus a u. 3. ad 17.: niſi quidem propter ſententiae finem quintum placeat uerſu 12. terminare. 1. *quicunque*] *NICOBVLVS uicūque* Θ. *ubi* ΘpgΞΩ — ϛϑιξ, Douſa Expl. II, 25. *ubique* Δpg, Pal., ω. *ubi ubi* MS. Schobingeri, ζηκλμψ†, Acidalius p. 216., Hermannus. *fuerunt* ΔΘp, Pal., Ξψ. *fuere* Ω — ξω. Scribendum *fuuerunt*: niſi forte praeſtat *quiqué fuerúnt*, ut eſt in ſimillimo uerſu Perſ. V, 2, 1. *ſunt futuri* olim Bothius, cuius aſynartetos recens noueque excogitatos praetermittam. *poſthac* ΘpΞΩ — ω, Δ ex raſura. *poſthaec* Δ antea. 2. Hunc uerſum e Feſto Paullus Diaconus affert p. 29. Lind. *ſtolididi* Ξ. *benni* ι (de coni. Pii.) *buccones blenni* tranſponunt ζηκλμ. *buconeſ* Θ. *buccones*: *hos* de Acidalii coni. ψ (contra ΔΘp): *tum buccones* olim †. 3. *Solus* et *omnes* om. ζηκλμ, *ego* annectentes ſuperiori uerſui. *omnis* ψ. *om̄ſ* Θ. *omnes* Ω — ϛϑιξω. *antedeo* ΔΘp, Excerpta membranacea Palatina, ψω. *ante eo* ΞΩ — ξ. *antideo* †, Herm. *ſtultitia* Θψω. *ſtulticia* ΔpΞΩ — ξ. *moribus*] *modis* olim †.

Perii: pudet: hoccine me aetatis ludos bis factum esse indigne!
Magis quam id reputo, tam magis uror, quem meus filius turbauit.
Perditus sum atque etiam eradicatus sum, omnibus exemplis crucior.
Omnia me mala consectantur, omnibus exitiis interii.
Chrysalus me hodie lacerauit, Chrysalus me miserum spoliauit.
Is me scelus auro usque attondit dolis doctis indoctum ut lubitumst:
Ita miles memorat meretricem esse, quam ille uxorem esse aiebat:
Omniaque, ut quidque actum est, memorauit: eam sibi hunc annum conductam;

---

4. *hocine me* ΔΘpψ. *hoccine me* Θω. *hoccine* ΞΩ—ξ. Cf. ad III, 3, 48. *aetate* ι. *ludoſ* ΔΘg. *luduſ* Ξ. *ludum* Ω—ω. *me aetatiſ ludoſ* affertur etiam e Pal. *biſ* Θξψω. *hiſ* ΞΩ—μ. 5. *magiſ quam* ΘΞξψω. *quam magis* Ω—μ. *mage quam* †. *reputo* ΔΘpg, Excerpta Palatina, ψω. *repeto* ΞΩ—ξ. *uxor* ι. *quem meuſ* ΔΘpgΞΩ—ϛϑι. *meus quem* ζηκλμ. *quae meus* ξψω. *quē meuſ* Θ. 6. *perdituſ ſum* ΔΘpΞΩ—ϛϑιξψω. *perditus* ζηκλμ†, Acid. *etiam* om. Herm., poſt *eradicatus ſum* poſuit †. *exemplis omnibus* †. *exembliſ* Θ. 7. *omnia*] *nā* Ξ. *exiciis* Θ. *interI* ψ. 8. *med hodie* Herm. 9. *auro* ΘΞΩ—μψ. om. ξω. *uſque* poſt *indoctum* olim collocabat †. *adtondit* Ω—ι. *dolis* poſt *indoctum* poſuerunt ζηκλμ, poſt *ſcelus* olim †. *lubitumſt* ΔΘpψ. *lubitum eſt* Θω. *libitum eſt* ΞΩ—ϛϑιξ. *ei libitum* ζη. *lubituſt* κλμ.
10. *ita* ΔΘpΞΩ—ω. *nam* „aliis" tribuit Pareus. *meretricem memorat* †. *eſſe quam*] *eſſe* om. Herm. *eſſe uxorem aibat* †. 11. *omniaque* ΘgΞΩ—ω. *omnia* Δgp (Θp: quode Pareus fallitur): prob. Grut. *quidque* ΘpgΞψ, Herm. *quidquid* Δg, *quicquid* Δpξω. *quodque* Ω—μ†. *actumſt* ψ. *actuſt* κλμ. *memorat* †, Herm. *ſibi* monoſyllabum. *annum*] *ā* *annum totum* ζηκλμ. *conductu* Θ cum puncto ſub *u*.

Relicuum id auri factum, quod ego ei stultissimus homo promisissem.
Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum, quod percrucior,
Me hoc aetatis ludificari, immo edepol sic ludos factum
Cano capite atque alba barba miserum me auro esse emunctum.
Perii, hoc seruum meum non nauci facere esse ausum. Atque ego si alibi
Plus perdiderim, minus aegre habeam minusque id mihi damno ducam.

PHILOXENVS.

Certo hic prope me mihi nescio quis loqui uisus est. Sed quem uideo?

---

12. *relicuum* Pal. *relicum* Δp. *reliquum* ΘΞΩ—ιξω. *reliquom* κλμψ. *relliquum* Herm. *auri id* ξηκλμ. *ſtultiſſumus* κλμψ†. *ei homo ego ſtult.* †. *promiſiſſem* Ξμξψω. *promiſiſſiſem* Θ. *permiſiſſem* Ω—λ. *promiſſem* Reizius, prob. Herm.

13. *hoc hoc eſt* ΔΘpΞΩ—ξω. *hoc eſt, hoc eſt* ψ de coni. Acid., Herm. *hoc, hoc eſt, hoc* uel *hoc, hoc, hoc eſt* † olim. *quod* om. Ω—ϛϑι. *peraceſcit* Ω—ω. *peraceſſit* Ξ. *peracceſſit* ΔΘp, Pal. *demum eſt* ζη†. *demuſt* κλμ. 14. *etatiſ* ΘΞ. *ludificarier* † olim, *laetificari* nuper. Hiatum deuitaturo ſcribendum *Med hóc aetátis lúdificári, immo éd..* *aedepol* β—μ. *aedepoh* Ω. „*ludos me*] *me* om. ΔΘp." Illud ψ de coni. Acid. *luduſ* Θ. 15. *alba*] *cana* codex Romanus Longolii. *miſerum* ΔΘpΞΩ—ϛϑιω. *ſic miſerum* ζηκ—ψ. *med* olim †.

16. *hoc* ΔΘpΞΩ—ω. om. Acid. *ſeruom* ψω†. *meum*] *meum me* Acid. *facere nauci non meum* †. *nauti* Ξ.

ſi] *ſibi* Ω. Neſcio an non *éſſe auſúm: atque égo ſi alibi* pronuntiandum ſit, ſed *éſſe auſum: átque ego ſi alibi.* 17. *egre* ΘΞ. *minuſque id mihi* ΘΞΩ—ξω. *minus id mi eſſe* † olim, *minus id mihi* nuper. *minuſque adeo id mihi* Acid.: ſed „*adeo* om. ΔΘp." *dampno* Θψ *damnum* Σ. 18—22. Hos quoque anapaeſticos catalecticos Hermannus diſpoſuit p. 415., trochaicos octonarios ſecundum Acidalium olim Bothius, iambicos et trochaicos mixtos idem nuper. Quem ego in dimetro trochaico deſcribendo (u. 19.) ſecutus reliquos feci octonarios. 18. *neſcio quis mi* † nuper. *loqui uiſuſ eſt* ΘΞΩ—ξω. *lóquï uiſuſt* ψ, Herm. *loquier uiſuſt* † olim, *uiſus loqui eſt* nuper: prius ſatis probabiliter. *mihi loqui neſcio quis uiſuſt* Acidal.

Hic quidem pater Mnesilochi.

NICOBVLVS.

Euge socium aerumnae et mei mali uideo. Philoxene, Salue.

PHILOXENVS.

Et tu. Vnde agis?

NICOBVLVS.

Vnde homo miser atque infortunatus.

PHILOXENVS.

At pol ego ibi sum, esse ubi miserum hominem decet atque infortunatum.

NICOBVLVS.

Igitur pari fortuna, aetate ut sumus, utimur.

---

19. *mnesilochi* ΔΘpΞω. *mnesilochi est* Ω—ιξψ. *mnesilochist* κλμ. 20. *euge* uocis mensuram spondiacam Bentleii quidem exemplis ad Terent. Andr. II, 2, 8. prolatis aegre persuadeas. Nam tum in Mercat. III, 4, 41. pro *euge papae* Θ habet *eugipe* h. e. *eugepae:* (*ullam* enim non coalescit:) tum in Asin. III, 2, 9. non satis certam esse uulgatam ex Δ apparet, ubi *eug-ae* scriptum. *erumne* ΔΘΞ. *mei mali* ΔΘpΞΩ—ω. *mali mei* Acid. *mali ego* olim †, *mali* sine *mei* idem nuper. *Philoxene* om. ζη, post *salue* collocant κλμ. 21. *salue* et *tu* non coalescunt. *atque* ΔΘp, Pal., ΞΩ—μψω. *et* ξ, Acid. 22. *PHILOIXEN'* Θ cum puncto sub altero *I*. *go* (e superscr.) Θ. *ibi — ubi* ΘΞξψω. *ubi — ubi* Ω. *ubi — ibi* β—μ. *ubi miserum hóminem décet esse* Hermanno placebat de metris p. 125., *miserum ubi hóminem décet esse* olim Bothio, *esse ubi miserum decet hominem* eidem nuper. *infortuatum* (n superscr.) Θ. 23. *pari* ΘΞΩ—ω. *pare* †, Herm. *ut* ΔΘpΞΩ—ω. *uti* Acid., olim Bothius: cui nuper hoc inuentum arrisit: *Pari igitur utimur fortuna, aetate ut sumus.* Male me habet correpta ultima *utimur*.

PHILOXENVS.

Sic est; sed tu

Quid tibi est?

NICOBVLVS.

Pol mihi par idem est quod tibi.

PHILOXENVS.

Numquidnam ad filium haec aegritudo adtinet?

NICOBVLVS.

Admodum.

PHILOXENVS.

Idem mihi morbus in pectorest.

NICOBVLVS.

At mihi Chrysalus optumus homo
Perdidit filium, me atque rem omnem meam.

PHILOXENVS.

Quid tibi ex filio nam, obsecro, aegre est?

PHIL.] *Philoxen'* Θ tanquam in ipſa continuatione uerborum, itemque *Philoxenuſ* u. 25. V. 24. ſqq. creticos eſſe Bothius nuper uidit (cuius octonarios trochaicos olim ſecundum Acidalium propoſitos praetermittere ſatius duxi), u. 27. ſqq. ad eandem normam ab Hermanno diſpoſitis in Elem. doctr. metr. p. 213. 24. *tibi* om. η. *tibiſt* κλμψ. *par* ΔΘρΞΩ — ω. *prorſus* Acid. *eſt quod* Θξψω. *quod eſt* ΞΩ — μ. *numquidnam* Θ, *nunquid nam* ω. *numquid* †. *haec egritudo* ΘΩ — ςϑ. *hec egritudo* Ξ. *aegritudo haec* ψ ſec. Acid. *adtinet* ΔΞψ. *attinet* ΘΩ — ξω.
25. *mihi morbuſ in pectoreſt* ΔΘρκλμψ. et ſeiuncto *eſt* ΘΩ — ιξω. *in pectore mihi eſt morbus* Acid. 27. *chriſaluſ* Θ. *optumuſ* Pal., Ξκλμψω. *obtumuſ* Θ. *optimus* Ω — ιξ. *homo*] Lacunae notas hic et proximi u. initio habet ξ: cuiuſmodi nihil in Θ. Sambucus quoque: „In q. e. nihil deeſſe uidetur.“ *homo meum* Hermannus: ſatis id probabiliter. *homo optumus* † de trimetro cretico cogitans. 28. *rem omnem* ΔΘρΞΩ — ξω. *omnem rem* ψ ſec. Acid. 29. *egre eſt* ΘΞ. *aegreſt* κλμψ.

NICOBVLVS.

Scies
Id: periit cum tuo, atque ambo aeque amicas habent.

PHILOXENVS.

Qui scis?

NICOBVLVS.

Vidi.

PHILOXENVS.

Hei mihi, disperii.

NICOBVLVS.

Quid dubitamus pultare atque huc euocare ambos foras?

PHILOXENVS.

Haud moror.

NICOBVLVS.

Heus, Bacchis, iube sis actutum aperiri fores,
Nisi mauoltis fores et postes comminui securibus.

---

30. *id* Θ☒ξψω. *is* (cum *periit* iunctum) Ω—μ; olim †, Herm. *perit* ψ†, Herm. *atque* om. ψ† ſec. Acidal. „*ambo*, non *ambos* ΔΘp“☒Ω—ω. *eque* Θ☒. *aeque amicas*] *una: nam amicas aeque* ζηκλμ. *amicas habent*] *habent amicas* ψ ſec. Acid.

31. *qui — mihi* creticum dimetrum efficere, *diſperii* exclamationis loco eſſe arbitratur Hermannus. Trochaicum dimetrum (ut u. 21.) deſcripſit †. *hei*] *ei* Θ. *diſperI* ψ. 32. *huc* om. ζη. *amboſ* ΔΘgω. *ambo* ψ. (Parei teſtimonium *ambo* tanquam e ΔΘ proferentis redarguit Gruterus; ſed illud ad u. 30. pertinere uidetur.) *ambaſ* ☒Ω—ξ. 33. *hud* Θ. *haut* ψ. *foreſ* ΔΘp☒ξψω. om. Ω—ςθ—μ. *hoc oſtium* ζη. *foris* hic et u. ſq. ψ†.

34. *niſi* in Θ ſupra uerſum ſcriptum, ſed ead. manu. *mauoltiſ* Θ☒κ—ω. *mauelis* Ω—ι. *mauis* olim †. *poſtis comminui* ψ†.

BACCHIS. NICOBVLVS. BACCHIS ALTERA. PHILOXENVS.

BACCHIS.

Quis sonitu ac tumultu tanto nomine
Nominat me atque pultat aedes?

NICOBVLVS.

Ego atque hic.

BACCHIS.

Quid hoc est negotii?

Actus V. Scena II.

Bachiſ. Nicobolus. Bachiſ altera. Philoxeneſ Ξ et omiſſo *altera* (niſi quod *Bacchis* δζ — μ, *Phyloxenes* λ habent) Ω — μ. *Bacchides duae* (*II.* ξ) *ſorores. Nicobulus* { *ſenes* ξ. / *duo ſenes* ψ. / ω. }
Prorſus om. Θ.

V. 1—25. meros bacchiacos quaternarios addito in fine binario Bothius olim effinxerat, incredibilem metrorum uarietatem nuper commentus eſt. Miſcuit autem, niſi fallor, bacchiacis (quorum catalectici ſunt u. 1. et 20.) Plautus iambicos dimetros catalecticos, quo numero non u. 23. et 25. tantum deſcripſi, ſed, quoniam ferri uix poſſe u. 2. cretici uidentur, deſcribendos etiam u. 2. et 4. arbitror in hanc ſpeciem:

BA. Quis ſónitu ac tumúltu tantó nominát
Med átque púltat aédes?
NI. Ego átque hic. BA. Quid hóc eſt negóti? nam amábo
Qui has húc ouis adégit?

Praeterea compoſitus ex eiuſmodi iambico et dimetro bacchiaco u. 7. uidetur. 1. *Quis*] *BACHIS.* *uiſ* Θ. *Qui* Λ. *ſontu* Λ. *ac tumultu tanto* κ — ω. *ac tumulto tanto* Θ. *tumultuanti* ΞΛΣΩ — ι. *nomine* om. ζηκλμ. 2. *pultat aediſ* ΔΘρψ. *pultat aedeſ* ΘΞΛ — ϛθιξω. *pultat edes* Ω. *pultat fores* ζηκλ. *pultat foreis* μ. *negotii* ΘΛξψω. *negocii* ΞΩ — μ.

Nam, amabo, quis has huc ouis adegit?

Nicobvlvs.

Ouis nos uocant!

Bacchis.

Pessume pastor harum Dormit, cum haec eunt sic a pecu balitantes.

Bacchis.

At pol nitent, haud sordidae uidentur ambae.

Bacchis.

Attonsae hae quidem ambae usque sunt.

---

4. *amabo*] *ambo* Ξ. *quis*] *qui* †. Quod praeſtat omiſſioni *huc* particulae. *huc* Δ poſtea, *hic* antea. *ouiſ* ΘΞΩ—ιξψ. *oueis* κλμ. *oues* ω. Ceterum ſi uno uerſu uerba *nam* — *adegit* concludenda ſint, ad eius integritatem aliquid deſit oportet. Aut enim bacchiacus tetrameter ſic ſupplendus: *ouis ſóror adégit* uel *ſorór ouis adégit*, aut compoſitus ex dimetro bacchiaco et catalectico dimetro iambico efformandus (ut u. 7.) uel eodem inſerto *ſoror* uocatiuo, cuius ultima producatur ui allocutionis, uel hoc complemento: *nobis ouis adégit*. 5. *ouiſ* ΘΞΔΩ—ιξψ. *oueis* κλμ. *oues* ω. *BACHIS. peſſume paſtor* Θ. *peſſume. BA. paſtor* ΞΩ—ςϑι. *peſſumae. BA. paſtor* ζηκλμ. *peſſumae. SO*(ROR) ξψω. *peſſumae*; *paſtor* Δ. 6. *cum*] *quom* ψ. *haec* Θp. om. †. *hae* ΔΩ—ω. *he* Ξ. Aut igitur cum his hiatus admittendus, aut cum Θ contractio *eunt* uocis. *balitanteſ* ΔΘpgΞΔΩ—μ. *b**atanteſ* Θ. *palitantes* ξψω. Soſipater Chariſius p. 113, 36.: *Pecu. Plautus in Bacchid. Paſtor harum dormit, cum hae ſic eunt a pecu balitantes.* 7. *BA. At* ξψω. *At* Θ. *BA. Et* Ω—μ. *PHILOX. At* ΞΔ. *pol nitent*] *tent* ſyllaba quoniam cum proximis *haud ſor*— unum efficere debere bacchium uidetur, initio uerſus aliquid deeſſe apparet, uelut, ut exemplum ponam: *at pól, itá ni|tent haúd ſór|didaé uidéntur ámbae.* Nec tamen illud *ita*, quanquam defenſione non carens, auſim poetae tribuere. *At édepol nitént: ſordidae ámbae haud uidéntur* Bothius olim. 8. *BA.* ΞΩ—μ. om. Θ. *B.* 2. *Δ. SO.* ξψω. *attonſae* ΘΩ—ςϑιψω. *at tonſae* Δζηκ—ξ. *at tonſe* Ξ. *hae*] *he* ΘΞ. *haec* Δ. *uſque* ΔΘpΞΩ—ςϑιξω. *a nobis uſque* ζηκλμψ.

NICOBVLVS.

Vt uidentur

Deridere nos.

PHILOXENVS.

Sine suo usque arbitratu.

BACCHIS.

Rerin ter in anno tu has tonsitari?

BACCHIS.

Pol hodie altera iam bis detonsa certo est.

BACCHIS.

Vetulae sunt thymiamae: at bonas fuisse credo.

BACCHIS.

Viden limulis, obsecro, ut intuentur?

BACCHIS.

Ecastor sine omni arbitror malicia esse.

NIC. *ΞΔΩ—μ.* om. *Θ*, ſed cum uacuo ſpatio. *PHIL.* *ξψω.*

9. *PHIL.* *ΞΔΩ—μ.* om. *Θ.* *NIC.* *ξψω.* *ſuo uſque arbitratu* *ΔΘ*p*ΞΔΩ—ςϑιξψω.* *uſque arbitratu ſuo* *ζηκλμ.* 10. *BA.* *ΞΩ—ω.* om. *Θ* (cum ſpatio) *Δ.* *rerin*] *rerim* *Δ.* *rein* *Ω.* *tu*] *tute* ✝ olim. Non audeo uel hic uel in *ter* uoce quicquam mutare.

11. *BA.* *Ω—μ.* om. *Θ.* *SO.* *ξψω.* *NIC.* *ΞΔ.* *altera haec iam* olim ✝. Hiatus ſi eſt admittendus, praeſtat profecto *pol hódié* | *altéra iám*, quam quod idem ille nuper commendauit *pol hódie ál*|*terá ïám.* *certoſt* *κλμψ.* 12. *BA.* *ΞΔΩ—ω.* om. *Θ* (c. ſpat.). *uetule* *ΘΞ.* *thymiamae* (*Δ*c) *ψω.* *thimiame* *Δ*pg. (*thim*, *a me* *Θ*p. *thimame* *Θ*g.) *thimame* *Θ*, in quo aliquoties *i* ſic notatur. *timiamae* *Δ.* *timiame* *Ξ.* *thimianae* *Ω—ςϑι.* *thymianae* *ζηκ—ξ.* *chimiamae* „Mſ: unus et alter" Lambini, qui coni. *thymiama.* *thynae minae* Palmerius Spicileg. 89. b. *minae ambae* Colerus. *at* *ΘΞΔζηκλμ.* *et* *Ω—ςϑι.* *SO.* *at* *ξψω.* *fuiſſ* *Δ.*

13. *BA.* *ω.* *SO.* *ξ.* om. *Θ* (cum ſpat.) *ΞΔΩ—μψ.* *uidem* *Ω.* *liminiſ* *Δ*, ſed in marg. *limuliſ.* *intuentur*] *intuent* *Θ.* *contuentur* olim ✝ hiatus in *obſecró ut* uitandi cauſſa. 14. *BA.* *Ω—ψ.* *SO.* *ω.* om. *ΘΞΔ.* *aecaſtor* *ηι.* *malicia* *ΘΞξ.* *malitia* *Ω—μψω.*

PHILOXENUS.

Merito hoc nobis fit, qui quidem huc uenerimus.

BACCHIS.

Cogantur quidem intro.

BACCHIS.

Haud scio, quid eo opus sit, quae
Nec lactem nec lanam ullam habent: sic sine astent.
Exoluere, quanti fuere: omnis fructus
Iam illis decidit. Non uides, ut balantes
Solae libere
Grassentur? quin aetate credo esse mutas.
Ne balant quidem, cum a pecu cetero absunt.

BACCHIS.

Stultae atque malae uidentur.

---

15. *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) 16. *BA.* om. Θ (c. ſpat.) *intro quidem* ζηκλμ. *BA.* ΞΩ—μ. *B.* 2. *Δ.* *SO.* ξψω. om. Θ. *opuſt quae* coni. ✝. 17. *lactem* ΔΘpΞΩ—ϛϑμ—ω. *lactē* Θ. *lacte* ζηικλ. *lactent* codex Romanus Longolii. *ſine* ΘΔι (de coni. Pii) ξψω. *ſineſ* ΞΩ—ϑκλμ. 18. *exoluere* ΞΔΩ—ω. *exſoluere* Θ. 19. *non uideſ* ΔΘp „abſque *non*": (uoluit abſque *an*:) ΞΔΩ—ϛϑιξψω. *an non uides* ζηκλμ. *ut*] *ot* Δ. *uti* ✝. *balanteſ* ΔΘpΞΔΩ—ϛϑι. *palantes* ξψω. om. ζηκλμ. 20. *ſole* ΘΞ. 21. *graſſentur* ω. *craſſentur* ΔΘpgΞΩ—ψ. *quin*] Sorori haec tribuenda. *aetate*] *etate* ΘΞ. *aetate eas iam* ζηκλμψ: „contra ΔΘg." *mutaſ* ΞΔΩ—ω. *mutataſ* Δpg, Pal. 1. *ruttaſ* Θpg, Pal. 2. 22. *Ne* ΘΩ—ω. *BA.* *Ne* ΞΔ. *balat* Ω. *quum* ζη. *quam* κλμψ. *cetero* ΔΘpΞω. *caetero* Ω—ϛϑιξψ et ante *pecu* collocatum ζηκλμ. 23. *BA.*] om. Θ. *NIC.* ΞΔ. *PHIL.* Ω—μ. *SO.* ξψω. *ſtulte* ΘΞ. *atque malae uidentur* ΔΩ—ϛη—μ. *atque male uidentur* ΘΞζ. *atque malae uidentur haud* Δp, „ita tamen, ut *haud* punctis ſit notatum, quod pertineat ante *malae*." Vnde *atque haud* (*haut* ψ) *malae uidentur* ξψω. „*haut* om. Θp." „*haud* Δg a manu ſecunda, quod uel atramento arguatur."

BACCHIS.

Reuortamur intro, soror.

BACCHIS.

Ilico ambae.

NICOBVLVS.

Manete: hae oues uolunt uos.

BACCHIS.

Prodigium hoc quidem est: humana nos uoce appellant oues.

NICOBVLVS.

Hae oues uobis malam rem magnam, cum debent, dabunt.

BACCHIS.

Si quam debes, te condono, tibi habe: numquam abs te petam.

Sed quid est, quapropter nobis uos malum minitamini?

PHILOXENVS.

Quia nostros agnos conclusos istic esse aiunt duos.

NICOBVLVS.

Et praeter eos agnos meus est istic clam mordax canis.

---

24. *reuortamur* ΞΔξψω. *reuertamur* ΘΩ—μ. *ſoror. BACH. ilico ambae* Θ. *ſoror bachilico. BAC. Ambe* Ξ. *ſoror bachilco. B. 2. Ambae* Δ. *ſoror? BA. Ambae* Ω—μ. *ſoror. NIC. illico ambae* ξψω (niſi quod *ilico* ψ.) 25. *NICOB. manete* ΘΞΩ—μ. *manete* (cum *ambae* iunctum) ξψω et ut uidetur Δ. *uelunt uoſ* Θ. *uos uolunt* ζηκλμ. 26. *BA.* om. Θ. *quidemſt* ψ. *appellant* ΘΞΩ—ξω. *apellant* Δ. *adpellant* ψ. 27. *NIC.* Ξ. *PHIL.* Ω—ω. om. Θ. *hae*] *haec* †. Vid. ad u. 6. *cum* ΘΞΩ—ςϑι. *quum* ζη. *quom* κλμ. *quam* ξψω. *debent* ΘΞζ (e codd. ant.) ηκ—ω. *dent* Ω—ςϑι. 28. *BA.* om. Θ (c. ſpat.) *debes*] *habes* affert Weſterhouius in Ter. Phorm. V, 7, 54. *numquam* Θ. *nunquam* uulgo. 30. *eiunt* Ω.

Qui nisi nobis producuntur iam atque emittuntur foras,
Arietes truces nos erimus: iam in uos incursabimus.

Bacchis.

Soror, est quod te uolo secreto.

Bacchis.

Eho, amabo.

Nicobvlvs.

Quo illae abeunt?

Bacchis.

Senem illum tibi dedo ulteriorem, lepide ut lenitum reddas:

---

32. *iam atque ΔΘρ*, Pal., *Ξψω. iamque Ω—ξ.* *emittantur Ω—ϛϑι.* 33. *nos*] *nam Ω—ϛϑι.* om. *ζηκλ.* *iam*] *iamque ζηκλμ. tam* †. 34 — 111. uno aſynartetorum genere, immixtis quibuſdam trochaicis dimetris, olim Bothius deſcripſit: cui hodie centimetrum quoddam placet, monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. De trochaicis tetrametris Reizio auctore Hermannus cogitabat libro de metris p. 125. ſqq. 136. ſqq., de legitimis anapaeſticorum ſyſtematis idem in Element. doctr. metr. p. 390. Ego tantum uideo, anapaeſticis ſeptenariis mixta eſſe ſyſtemata anapaeſtica, ſed ſingula plena eſſe dubitationis. Saepe enim, quum eodem iure uel ſeptenariis uel octonariis uel dimetris ſiue iis acatalectis ſiue catalecticis uideas uerſus diſponi poſſe, quodnam potiſſimum ex his genus amplectare, haereas non mediocriter. Quapropter qualescunque ex ipſa librorum memoria uerſuum deſcriptiones prodirent, eas ſuſcepi: in annotationem reieci, ſi quas illis ſiue meliores ſiue non peiores probabili repperiſſe coniectura uiderer.

34. *BA. eho amabo ΘΞΩ—μ. SO. eho amabo ξψω, eho amabo* eidem perſonae continuans †. Aut Nicobulo tribuere aut poſt *ſoror* collocare Acidalius p. 217. animum induxit: „contra ΔΘp." *ille ΘΞΩ. illaec* †, quo non uidemur carere poſſe. *habeunt Θ.*

35. *BA. ſenem*] *Bac. Bachi ſenem Ξ.* *illum* hoc loco *ΔΘρ ΞΩ—ϛϑιξω*, poſt *dedo* Priſcianus hunc uerſum afferens III, 3, 21. et VI, 15, 80. *ego illum ζηκλμψ.* *ulterioremlepide Θξω. ueteriorem lepide ΞΩ—ϛϑι. ueteriorem lapide* Priſcianus utroque loco. *ueteriorem ſoror lepide ζηκλμψ. ulteriorem* affertur etiam e *ΔΘg.*

Ego ad hunc iratum adgrediar.
Possumus nos hos intro illicere huc.

Bacchis.

Meum pensum ego lepide accurabo.
Quam odiosum est mortem amplexari.

Bacchis.

Facito ut facias.

Bacchis.

Taceas: tu tuum
Facito: ego quod dixi, haud mutabo.

Nicobvlvs.

Quid illaec illic in consilio
Duae secreto consultant?

---

36. *ad hunc* Ξβ—ςη—ι. *adhunc* μ. *ahunc* Θ. *adhuc* Ωζ. *hunc* κλ. *adgrediar* ΘΩ—ιψ. *aggrediar* Ξκ—ξω. Paroemiacus praemitti ſyſtemati uidetur. 37. *poſſumuſ* ΘΞξψω. *BA.* *poſſumus* Ωδζ—μ. *PH.* *poſſumus* βγς. *intro* ΞΩ—ω. om. Θ. Quod ſi etiam a Δ abſit, hic quoque uerſus catalecticus habendus. *inlicere* ψ. *huc*] *hoc* Δg a m. pr. 38. *BA.* ΘΞΩδζ—ι (ſec. Pium)κλμ. *NI.* βγς. *SO.* ξψω. *ego penſum meum* ζηκλμ. *penſum*] *Enſum* Θ (initio uerſus.) *adcurabo* ψ. 39. *quam* ΔΘpΞΩ—ςθιψ. *quanquam* ζηκ—ξω. *odioſumſt* ψ. *quanquam odium* coni. †. *amplexarier* ζηκλμ. 40. *BA.* om. Θι. *facito ut faciaſ* ΔΘpgΞΩ—ω. Immerito autem Pareus et Gruterus redarguunt Scioppium, ut qui *facito ut taceas* e ΔΘ prodiderit: quod quidem ille, delens *facias*, coniecit tantum tum in editione Raphelengiana tum in Suſp. Lect. IV, 17.: prodidit autem in Camerariano (non igitur in utroque) *tacitaſ* ſcriptum pro *taceas*, id quod immerito Pareus et Gruterus praetermiſerunt: uere enim certe in Θ exſtat. Ceterum ſiue *facias* cum Scioppio, ſeu cum Hermanno de metris p. 126. delendum cenſes *taceas*, ſatis eleganter uerſu 41. (*ego — mutabo*) terminatur ſyſtema: quo facto non tantum u. 42. et 43. in unum coniungendi ſeptenarium ſunt, ſed ad eandem formam bini catalectici 44. et 45. reuocandi, aliam quoque ii ob cauſſam ſuſpecti. *BACIS* ante *tacitaſ* (uulgo *taceas*) Θ. *BA.* ΞΩδζ—ι (ſec. Pium)κλμ. *PH.* βγς. *SO.* ξψω. 41. *haut* ψ. 42. *illaec*] *illec* Ωζ. *ille?* Ξ. *ille* η. 43. *due* ΘΞ. *ſecretae* Ω—μ. *ſecreto duae* †.

PHILOXENVS.

Quid ais tu homo?

NICOBVLVS.

Quid me uis?

PHILOXENVS.

Pudet dicere me tibi quiddam.

NICOBVLVS.

Quid est, quod pudeat?

PHILOXENVS.

Sed amico homini tibi, quod uolo, credere certum est:

Nihili sum.

NICOBVLVS.

Istuc iam pridem scio: sed quid nihili sit, memora.

PHILOXENVS.

Tactus sum uehementer uisco:
Cor stimulo foditur.

---

44. *PHIL.*] om. Θ. *BA.* Ξ. *tu* non eliditur. *quid me*] *numquid me* commode ſcribatur, ſi ex hoc u. et proximo ſeptenarius efficiendus: quode ad u. 40. dicebam: facile enim praecedenti *NI.* abſorbebatur *nū.* 45. *PHIL.* ΞΩ—ω. *BACHIS* Θ. *dicere me tibi*] *me dicere* Ω—μ. 46. *NIC.* et *PHIL.* om. Θ (cum ſpatiis.) *ſed* ΔΘpΞΩ—ψ. *ſt* ω de Gruteri coni. *quod* ΔΘpΞΩ—ψ. *quid* ω poſt Taubmannum. *uolo* :*t*: *credere* Θ. *certumſt* ψ. *certuſt* κλμ. 47. *nihili ſum* ΘpΞκ—ω. *nihil ſum* ΔΩ—ι. *NIC.* om. Θ. *ſcio iampridem* †. *nihili ſit* ΔΞ. *nihile ſit* Θp. *nihil ſis* Ω—ι. *nihili ſis* κ—ω. *qui ſis nihili* †. *merora* Θp. 48. *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) *uehaementer* δϑ. De his et proximis Reizii et ſuam quandam ſententiam Hermannus prodidit de metr. p. 137. 49. hoc iambico octonario, quem nihil impedio quominus in duo dimetros diſpertias, anapaeſticum ſyſtema intercipitur, quod duo dimetri (u. 48. 50.) unuſque paroemiacus (51.) efficiunt. Cf. ad u. 93. 101.

NICOBVLVS.

Pol tibi multo aequius est coxendicem.

Sed quid istuc est? etsi iam ego ipse,

Quid sit, prope scire puto me:

Verum audire etiam ex te studeo.

PHILOXENVS.

Viden hanc?

NICOBVLVS.

Video.

PHILOXENVS.

Haud mala est mulier.

NICOBVLVS.

Pol uero ista mala et tu nihili.

PHILOXENVS.

Quid multa? ego amo.

NI-

NIC. om. Θ (c. ſpat.) *equ,eſt* Θ (ſed ead. man.) *equuſ eſt* Ξ. Scribendum uidetur *aequiuſt* cum ψ. *coxendicem*] *coxen dicere* Ξ. 50. *ipſe*] *ipſus* ſcribendum corripiendaque paenultima. 51. *ſiet* ζηκλμ. *puto*] *poto* Ξ. *pitto* Θ ut uidetur. 52. *etiam* ΞΩ — ω. om. Θ. Si etiam Δ omittat, hic quoque de continuis paroemiacis cogitandum ſiue tribus ſiue duobus tantum: quandoquidem etiam acàtalecto dimetro deſcribi altera pars uerſus poteſt: *uiden hánc: uideó: haud mala éſt muliér.* *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) *NIC.* om. Θ. *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) *haut* ψ. *mala eſt*] *malaſt* κλμ. *mala* †. *eſt mulier* ΞΩ — ιξψω, Δ quoque ut uidetur. *mulierẽ* Θ, ita quidem ut hoc ipſo uocabulo in media pagina uerſus (incipiens a *Video*) terminetur praeter reliquorum ſimilitudinem, qui longe productiores pertinere ad marginem ſolent. Idem factum u. 66. Quod neſcio an ſit indicio, dimetris haec olim diſpoſita fuiſſe. 53. *NIC.* om. Θ. *uero* ΞΩ — ω. om. Θ. *iſta*] *ψſta* Θ, quod uel *uiſta* uel *iuſta* eſſe poteſt. *nihili* ΘΞζηι(ſec. Pium)κ — ω. *nihil* Ω — ςϑ. *PHIL.* om. Θ (cum ſpat.)

NICOBVLVS.

An amas?

PHILOXENVS.

Necar.

NICOBVLVS.

Tun, homo putide, amator istac fieri aetate audes?

PHILOXENVS.

Qui non?

NICOBVLVS.

Quia flagitium est.

NIC. om. *Θ*. *PHIL.* om. *Θ*. *necar Θ*. *necaſ ΞΩςϑ — ω*. *necas me ζη*. *ne carpe* alibi legi aſcriptum erat in *Δ* teſte Camerario, idemque Scioppius affert e Pal., recepitque ✝: quod fieri nequit, niſi deleto *uero* hunc ſeptenarium efficias haud ſatis commendabilem: *pol ĭſtá mala et tú nihili*: *quid múlta, ego amó: an amás: ne cárpe*. Sed quum et hoc parum Plautinum sit et commenticium illud *necas* non una de cauſſa ſuſpectum: nec enim uſitatum hoc pro *enicas*, nec conciliari cum anapaeſtico numero poteſt, nec ſatis eſt ad redintegrandum proximi uerſus initium, cui aliquid deeſſe horrida menſura arguit *putide amatór iſtác*: conſequens eſt grauiorem hic corruptelam latere. Nec tamen ſatiſſacit uel hoc emendandi genus: *quid múlta? ego amó: an amáſne?* | *At tún homo pútide amátor iſtác*, ut ex *neNICat* ortum ſit *necar*: nec alterum hoc, ut in *necar* tranſiſſe *nequăat* h. e. *nequam*: | *At* coniiciatur, quo ſuſcepto aut dimetrum licet (*quid múlta? ego amó: an amás, nequám*:) aut paroemiacum agnoſcere (*quid múlta? ego amo: án amas, néquam*:). Quanquam proximo uerſu neſcio an aptius etiam quam *at* ſit *nĕmpe tún homo p. a. i.*: quo ducere *pe* ſyllaba ſcripturae illius Camerarianae uideri poſſit. 54. *NIC.* om. *Θ*. *tun ΘΞζηκλμ*. *tu Ω — ςϑιξψω*. *putide ΔΘp*, Pal., *Ξζ* („e codd. ant.") *ηκλμψω*. *putidus Ω — ςϑιξ*. *ferietate Θ*. *fieri etate Ξ*. *fieri aetat ι*. *audes*] Vide notata ad IV, 9, 126. *PHIL.* et u. 55. *NIC.* et *PHIL.* om. *Θ* (c. ſpatiis.) 55. *flagitiumſt ψ*.

PHILOXENVS.

Quid opus uerbis est? meo filio non sum iratus,
Neque te tuo est aequom esse iratum: si amant, sapienter faciunt.

BACCHIS.

Sequere hac.

NICOBVLVS.

Eunt, eccas, tandem.
Probri perlecebrae et persuastrices,
Quid nunc? etiam redditis nobis
Filios et seruum? an ego experior
Tecum uim maiorem?

PHILOXENVS.

Abin hinc?
Non homo tu quidem es, qui istoc pacto
Tam lepidam inlepide appelles.

---

opus uerbist ψ: recte. *opus uerbis* † olim, *opust uerbis* nuper. *meo filio* ΘΞΩ—ςθιξω. *filio meo* †. *ego meo filio* ζηκλμ. *meo ego filio* ψ: sed „*ego* om. ΔΘp.“ *i,tus* (ra) Θ. 56. *te* om. Ω—ςθι. *tuost* ψ. *est* post *equum* collocat Ξ. *aequom* κλμψω. *equm* Δ. *equum* Θ. *aequum* Ω—ζθιξ. *aeguum* η.

57. Paroemiacus praemittitur, ut u. 36. In alia omnia cum Reizio Hermannus discedebat de metr. p. 136. *BAC. sequere hac* ΔΘgξψω. *sequere has* post uacuum spatium Θ, Philoxeno continuata ΞΩ—μ. *NIC. eunt* ΔΘgξω. *eunt* post spatium Θ. *eunt. NIC.* ΞΩ—μ. *BAC. eunt. NIC.* ψ, sed Nicobulo *eunt* tribui in ΔΘp testans. *PHIL. eunt* †, *probri* e. q. s. tribuens Nicobulo. *eunt* a Bothio olim deletum una syllaba effertur ut huius sc. u. 6. 58. *probi* Ω. *perlecebre* ΘΞ. 59. *filios* ΘΞΩ—ςθιξω. *et filios* ζηκλμψ. 60. *seruom* κλμψ. 61. *uim maiorem* Δpgξψω. *uim maior* Θpg. *ui maiore* ΞΩ—μ, prob. Dous. Explan. II, cap. 25. et Gulielm. in Bacch. Quaest. cap. 3. *PHIL.* om. ΘΩ. *aibin* Ω. 62. *tu* ΞΩ—ω et ut puto Δ. om. Θ. *istoc* ζηκλμ. 63. *inlepide* ΘΞψ. *adpelles* ψ.

BACCHIS.

Senex optime, quantumst in terra, sine hoc exorare abs te,
Vt istuc delictum desistas tantopere ire oppugnatum.

NICOBVLVS.

Ni abeas, quamquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam.

BACCHIS.

Patiar.
Non metuo, ne quid mihi doleat, quod ferias.

NICOBVLVS.

Vt blandiloqua est:
Hei mihi metuo.

---

64. *BAC.* om. Θ (c. ſpat.) *optime* ΘΩ — ιξ. *optume* Ξκλμψω. *quantumſt in terra* ψ. *quant' ē intereā* Θ. *quantus eſt in terra* Ξ. *quantum eſt in terra* Ω — ςϑιξω. *quantum in terra eſt* ζηκλμ. *ſine me hoc* ſcribendum uidetur. *exorari* ✝. *abſ te* ΔΘpΞΩ — ςϑιξω. *me obſecro abs te* ζηκλμψ. 65. *tantopere* ΘpΞΩ — ξ. *tanto opere* Δψω. 66. Cf. Hermannum de metris p. 127. *NIC.* om. Θ. *ni* Δψ. *niſi* ΘpΞΩ — ςϑιξω. *niſi hinc* ζηκλμ. *magnum*] *malo* Ω — ςϑι. *BAC.* om. Θ (c. ſpat.) *paciar* Θp. Eſt autem hic uerſus in Θ duobus uerſiculis deſcriptus eum in modum, quem ſignificaui ad u. 52. Vt ſic olim diſpoſitum fuiſſe coniiciam:

Ni abeás, quamquám tu bélla es,
Malum tibi magnúm dabo iám: Patiar,
Non métuo né quid mihi doleat,
Quod férias: Vt blandiloquaſt.

67. Cf. Hermann. de metr. p. 137. *mihi* om. ζηκλμ. *NIC.* om. Θ. (c. ſpat.) *blandiloquaſt* κλμψ. 68. *BAC.* praemittit ψ ſec. Acidalium p. 218.: „inuitis ΔΘg." *Hei*] *Ei* ΔΘp.

BACCHIS.

Hic magis tranquillust.
I hac mecum intro, atque ibi si quid uis,
Filium concastigato.

NICOBVLVS.

Abin a me, scelus.

BACCHIS.

Sine, mea pietas, te exorem.

NICOBVLVS.

Exores tu me?

BACCHIS.

Ego quidem ab hoc certe exorabo.

PHILOXENVS.

Immo ego te oro, ut me intro abducas.

BACCHIS.

Lepidum te!

PHILOXENVS.

At scin, quo pacto me ad te intro abducas?

BAC. om. Θ. *SO.* ξψω. *tranquilluſt* κ — ω. *tranquillūē* Θ. *tranquillum ē* Ξ. *tranquillum eſt* Ω — ϑ. *tranquillus eſt* ι (ſec. Pium.). 69. *BAC. praemittit* Acidalius: uacuum ſpatium in Θ eſt non mediocre. *I hac* ΘρΞΩ — ξ. *ihac* Θ. *I i hac* Δψω. *Ei hac* „alii“ ap. Par. *ibi* ζηκ — ω. *abi* ΘΞΣΩ — ςϑι. 70. *c̄ga-ſti gato* Θ. *cōcaſtigaſto* Ω. 71. *NIC.* om. Θ (c. ſpat.) *BAC.* et *NIC.* om. Θ. *te exorem* ΔΘρ, Pal., ψ. om. ΞΩ — ξω.
72. *BAC.* om. Θ. *SOR.* Acidalius. *ab*] *ad* Ξ. *PHIL.* om. Θ. *NIC.* Ξ. *abducas*] *mecū utſiſ* add. Θ. 73. *BA. Lepidum — abducas* hic om. Ω. Vid. ad u. 105. *BAC.* om. Θ. *SO.* ξψω. *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) *ad te* om. ζηκλ.

BACCHIS.

Mecum ut sis.

PHILOXENVS.

Omnia, quae cupio, commemoras.

NICOBVLVS.

Vidi ego nequam hominem: uerum te
Neminem deteriorem.

PHILOXENVS.

Ita sum.

BACCHIS.

I hac mecum intro, ubi tibi sit lepide
Victibus, uino atque unguentis.

BAC.] *SO.* *ψω*. *BAC.* *mecum ut ſis* hoc loco om. Θ. Ceterum haud ſcio an rectius hic ſeptenarius et fortaſſe etiam antecedens item dimetris, ut proximi, deſcribantur:

Ego quidem ab hoc cérte exórabo:
Immo égo te oro út me intro ábducas:
Lepidúm te: At ſcin quo pácto mè
Ad te intro abdúcas: Mécum ut ſis.

V. 74 — 92. quomodo Reizius et Hermannus conſtituerint, uide in libro de metris p. 137. ſqq. *PHIL.* om. Θ. *que* ΘΞ.
mo
cōme,raſ Θ. 75. *NIC.* Ξδ (de coni. Sarraceni) ϑκ — ω. om. Θ (c. ſpat.) *BAC.* Ωβγςζηι. *nequam hominem* ΘΞΩ — ςϑιξψ. *hominem nequam* ζηκλμ. *nequam homines* ω. *te* ſi in proximi u. initium traicias, pronuntiandum *nequám hominém.* 76. Triplicem licet huius uerſus menſuram inſtituere, aut ut acatalectus ſit *neminém deteriorém: ita ſúm*, uel *te* aſſumpto *te néminem déteriórem: ita ſúm*, aut ut paroemiacus *neminém detériorem: ita ſum.* *PHIL.* Ξδϑκ — ω. om. Θ. *BAC.* Ωβγςζηι. 77. *BAC.* om. ΘΞ. *I i hac* Δψω. *E hac* Θp. *I hac* Ω — ξ. *tibi ſit* ΘΞζηκλμω. *ſit tibi* Ω — ςϑιξψ. 78. *unguent'* Θ: qua nota ſignificari *uſ* ſolet.

NICOBVLVS.

Satis, satis iam uostrist conuiui:
Me nihil poenitet, ut sim acceptus.
Quadrigentis Philippis filius me
Et Chrysalus circumduxerunt:
Quem quidem ego ut non excruciem,
Alterum tantum auri non meream.

BACCHIS.

Quid tandem, si dimidium
Auri redditur, isne hac mecum
Intro, atque ut eis
Delicta ignoscas?

---

79. *NIC.* om. Θ. „*Satis, satis*] Ita Θp, nisi quod uersum hunc cum seqq. confundit. Et non aliter quoque pr. Ms. Vatic. Al. *Satis jam satis uos tristes.*" Pareus. Est autem in Θ sic scriptum:

Satis satis iā uostrist 'philippis filius me & chrisalus circūduxer.
C'onuiui me nihil penitet utsim accept' quadrigentis

Vnde origo patet eius scripturae, quae est in ΞΩ—μ: *Nico. Satis iam satis uos tristes. Philo. conuiuii. me nihil poenitet ut sum acceptus. Nico. Quadrigentis philippis filius me et chrysalus circumduxerunt*: nisi quod *penitet* Ξ. Quod nos suscepimus, est in ξψω, nisi quod *NIC.* om. ψ, *uostri est* tenent ξω, *conuiuii* et *quadringentis* (de qua forma dixi ad IV, 9, 50) ξψω. Frustra Gruterus coni.: *NI. Satis iam uostri e. c. PH. me n. p. ut ut sim a. NI. Quadring.* e. q. s. 83. *ergo* Θ. 84. *non*] *nunc* ΞΣ. *meream* ΔΘpΞΩ—ξω. *meream mi* ψ sec. Acidal. 85. *BAC.* om. Θ. *quid*] *quod* Θ. *si*] *si tibi* ubi posueris, in elegantissimi systematis formam uersus rediguntur diu mihi desperati uisi. *dimidium auri*, quod redit u. 91., e Plauti Bacchidibus affert A. Gellius Noct. Att. III, cap. 14. Cf. Rost. Plaut. Cuped. ferc. IX.
86. *isne hac* posui. *in hac* Θpgψ: quod Pareus putat pro *isn'* esse (ut *soin* et similia.) *isne in hac* Δpg: „ut prius sit glossa posterioris" ait Pareus. *.i. hac* Ξ. *i hac* ζηκλμ. *i* Ω—ςϑι (omisso *hac.*) *isne tu hac* ξω. 88. *delictas* Θ.

PHILOXENVS.

Faciet.

NICOBVLVS.

Minime: nolo, nihil moror: sine sic: malo illos ulcisci ambo.

PHILOXENVS.

Etiam tu, homo nihili, quod dii dant boni, caue culpa tua amissis.
Dimidium auri datur: accipias, potesque et scortum accumbas.

NICOBVLVS.

Egon, ubi filius corrumpatur meus, ibi potem?

PHILOXENVS.

Potandumst.

NICOBVLVS.

Age iam, id utut est, etsi * est dedecorum, patiar:

PHIL. om. Θ (c. ſpat.) 89. Totum uerſum om. ΞΩ—ι, tenent autem Θκ—ω. *NIC.* om. Θ (c. ſpat.) *moror*] uid. ad I, 2, 45. *ſine*] *ſint* κλμ. 90. *PHIL.* ξψω. om. Θκλμ. *NIC.* ΞΩ—ι. *nihili* ΘpΞΩ—ω. *nihil* Δ. *quod dii* Θξω. *quod dí* ψ. *PHIL.* *quod dii* Ξζη. *PHIL.* *quod di* κλμ. *PHIL.* *quid alii* Ω—ςθι. *caues* Lambinus. *tua amiſſis* ΔΘpΞΩ—ςθιξψω. *amiſſis tua* ζηκλμ. 91. *ſcortum* ΘpΞΩ—ω. *ſcurtum* Δ. 92. *NIC.* om. Θ. *Ergo nubi* Θ. *potem*] *poteſt* Θ, ortum e *potē*. *PHIL.* Ξξψω. om. Θ. *BAC.* Ω—μ. *potandumſt* Δψ. *potanduſt* Θp. *potandum eſt* ΞΩ—ξω.
93. *NIC.* om. Θ. Hac ſola ratione teneri trochaicum uocabulum *dedecorum* poteſt, ut iambicum uerſum, cuius una uocula exciderit poſt *etſi*, anapaeſticus ſeptenarius excipiat, in quo non magis, quam in iambico *iam*, coaleſcat *inducam*, praeterea *ergon* ſcribatur et moloſſum *accumbet* aequet, uelut:

Age iám, id útut eſt, étſi ſátis eſt dédecórum, pátiar:
Facere indúcám animum. 'Ergon cum haéc cum illo áccumbét, inſpéctem?

Nam quod uulgo trochaicos ponunt octonarios:

Facere inducam animum. Egon, cum haec cum illo accumbet, inspectem?

Bacchis.

Immo equidem pol tecum accumbam: te amabo et te amplexabor.

Nicobvlvs.

Caput prurit: perii: uix negito.

Bacchis.

Non tibi uenit in mentem, amabo,
Si, dum uiuas, tibi bene facias,

'Age iam id, útut eſt, étſi eſt dédecórum, pátiar: fácere indúcam
'Animum: egón cum haec cum illo accúmbet, inſpectem? 'Immo equidém pól técum —:

ita quid tandem fiet proximis? Verumenimuero quanto concinnius ad anapaeſticos numeros illa reuocantur:

Age iam, útut eſt, étſi eſt dédecori, patiár: faciam inducam ánimum:

(quanquam ne *age iam id ut|ut ĕſt ét|ſi* quidem damnare auſim)? Quo facto ſi elisum in fine dimetri *inſpectem* offendat, nihil impedit quominus in octonarium et hos binos dimetros coniungas:

Egon cum haéc cum illo áccumbét, inſpéctem? Immo équidem pól tecum áccumbam:

et fortaſſe etiam u. 96. 97., itemque u. 98. 99., in ſeptenarium autem multo etiam (propter diſcretam a nomine praepoſitionem) commodius u. 100. 101. *iam id utut eſt* ζηκ—ω. *iđ aduteſt* Θ. *iam id ut eſt* ΞΩ—ϛϑι. *etſi*] *ſi* η. *decorum* η. *paciar* Θ. Poſt *patiar* diſtinguit Δp, idemque interpungendi genus commendauit Acidalius p. 219., quum antea *patiar facere* iungerentur.

Pro *facere* in aliis codicibus legi *facile* teſtatur Pius: idque recepit ι. 94. *egon* Θκ—ω, et poſt uacuum ſpatium, in quo ante raſuram fuit perſonae nomen, Ξ. *ego* Ω—ι. *quum* ζη. *quom* κλμψ. *hec* Θ. *accubet* ΞΩ—ϛϑι. *inſpeotē* Θ. 95. *BAC.* om. Θ. *pol*] *aedepol* ζηκλμ. *accubam* βδϛϑι. Etiam acatalectum hic deſcribere dimetrum licet: *tĕ amábo et téd ampléxabór.* 96. *NIC.* om. Θ. (c. ſpat.) *uix* ΔΘpΞΩ—ϛϑιξω. *uix quidem* ζηκλμψ. 97. *BAC.* κ—ω. om. Θ. *PHIL.* ΞΩ—ι.

Iám pol id quidem esse haud perlonginquom:
Neque si hoc hodie amiseris, post in
Morte id euenturum esse umquam?

NICOBVLVS.

Quid ago?

PHILOXENVS.

Quid agas, rogitas etiam?

NICOBVLVS.

Libet et metuo.

BACCHIS.

Quid metuis?

NICOBVLVS.

Ne obnoxius filio sim et seruo.

---

99. *iam*] *tam* h. e. *tamen* Bothius. *haut* ψ. „*per-long.*] Sic Δp; at Θp *perlonginquum*“ et ita ΞΩ — ιξψω. Videtur priore loco uoluiſſe *perlonginquom*, et ita κλμ. 100. *admiseris* Ξ. *amiſſis* †. 101. *id euenturum* ΘΩ — ω. Quod ſi tenendum ſit, iambici numeri conſtituendi, quibus (ut u. 49.) anapaeſticum ſyſtema intercipiatur:

Caput prúrit, périi, uix negito:
Non tibi uenit in mentém, amabo,
Si, dúm uiuas,
Tibi béne faciás, iam pól id quidém|eſſe haúd perlónginquóm, neque
Si hoc hódie amiſeris, póſt in mórte id éuentúrum eſſe úmquam?
Quid ágó: Quid agás, rogitás etiam?
Libet ét metuó: quid métuis?

Cf. ad u. 49. Ad ſeruandos autem anapaeſticos aut *id* delendum, aut tranſponendum *éuentúrum id ĕſſe*, aut, quod ſatius duco, recipiendum, quod in Ξ eſt, *uenturum*. Cf. ad I, 1, 46. *umquam* Θ. *unquam* uulgo. *numquam* ψ, inconſulto puto. 102. *NIC.* om. Θ. *PHIL.* om. Θ (c. ſpat.) *rogitaſ etiam* ΔΘpΞΩ — ϛϑιξψω. *etiam rogas* ζηκλμ. *NIC.* om. Θ (c. ſpat.) *lubet* κλμ. *BAC.* Ω — ω. om. Θ. *PHIL.* Ξ. 103. *NIC.* om. Θ (c. ſpat.) *ſim filio* ζηκλμ.

BACCHIS.

Mel meum, amabo, istaec fiunt.
Tuus est: unde illum censes sumere, nisi quod tute illi dederis?
Hanc veniam illis sine te exorem.

NICOBVLVS.

Vt terebrat! satin offirmatum
Quod mihi erat, id me exorat? tua sum opera et propter te improbior.

BACCHIS.

Ne tis quam mea mauellem! satin ego istuc habeo offirmatum?

BAC. om. Θ (c. ſpat.) *iſtec* ΘΞΩ. 104. *tuus eſt*] Scribendum *tuuſt* et corripienda ultima. Quanquam ne ſic quidem tolerabilis prodit menſura, niſi *ſumére cenſés* tranſpoſueris.
105. *ſine te exorem* ΔΘρΞΩ — ςϑιξψω. *exorem ſine te* ζηκλμ. Poſt *exorem* haec inſerunt Ω — ςϑι: *BA. Lepidum te. PH. at ſcin quo pacto me intro abducas* (niſi quod *ſin* β — ςϑ: nam ι correxit ſec. Pium); quae uerba iam ſupra u. 73., quo pertinent, habuerant β — ςϑι. *NIC.* om. Θ. *ſatiſ* Ξ. Ceterum hunc quoque uerſum, ut proximum, licet dimetris deſcribere.
106. *ſum*] *ſunt* Θ. Aut ſic metiendum: *tua ſúm | operá proptér te impróbior*, aut ſic: *tua ſum ópe|ra própter téd impróbior*, aut denique: *tua ſúm | operá proptér ted improbiór*. *inprobior* ψ. 107. *BAC.* om. Θ (c. ſpat.) *Ne tis quam mea mauellem* poſui de Ern. Schneideri coniectura: h. e. *ne* (quod uulgo *nae* ſcribunt) *tua ipſius quam mea demum opera mauellem in iſtam improbitatem lapſus eſſes:* quemadmodum etiam *tui cauſſa* dictum eſt pro *tua cauſſa*. Cui coniecturae quanquam minime ignoramus quid obſtet, tamen aliquid certe ponendum erat, quod ad librorum fidem propius quam uulgata accederet ſcriptura. Nam *Ne iſ quam mea mauellem* Δp. *neis quam meam uellem* Θp. *neiſquã Meã uellẽ* Θ. *neiſquam meam uellem* Ξ. *nuſquam me auelles* Ω — μ. *nuſquam tu me a te auelles* ξ, et omiſſo *tu* ψω. *offirmatum* ΘΞκ — ω. *obſirmatum* Ω — ι.

NICOBVLVS.

Quod semel dixi, haud mutabo.

BACCHIS.

It dies: ite intro accubitum: Filii uos expectant intus.

NICOBVLVS.

Quam quidem actutum emoriamur!

BACCHIS.

Vesper hic est: sequimini.

NICOBVLVS.

Ducite nos, quo lubet quidem, tanquam addictos.

BACCHIS.

Lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias. Ite.

---

108. *NIC.* om. Θ. *dixi* et *mutabo* non coalescunt. *dixi semel* ζηκλμ. *haut* ψ. *BAC.* om. Θ (c. spat.) *it dies* hoc loco Θκ — ω, post *accubitum* β — ςϑι. om. Ω. *id dicis* (ante *ite*) Ξ, *id dies* ζη: sed „*it dies* ex codd. antiquis.“ Vt typothetae lapsui deberi *id* uideatur. 109. *expectant* ΘΞΩ — ψ. *exspectant* ω. *NIC.* om. Θ (c. spat.) *quidem actutum* ΘΞΩ — ςϑιξω *nos quidem* ζηκλμ. *nos quidem actutum* ψ: „sed *nos* om. ΔΘp.“ Perperam Parei notationem Bothius interpretatus est, e scriptis libris afferri *nos quidem actutum* putans. Ceterum sic potius *quidem áctutum* pronuntiandum, quam *quidem ăctutum.* *emoriamur?* Θ. *emóriamur* Pal., ψω. *emorimur* ΞΩ — ξ. 110. *BAC.* om. Θ. *hic uesper est. uos sequimini* ζηκλμψ. Trisyllabum est *sequimìni.* *NIC.* Ξ. *PHIL.* Ω — ω. om. Θ (c. spat.)

i

quo] *quocunque* ζηκλμ. *qdē tãquã addict'* Θ. (quod est *addictus.*) *tanquam quidem addictos* ΞΩ — ςϑιξω. *tanquam uobis addictos quidem* ζηκλμψ. Et *lubet* et *quidem* monosyllabum est.

111. *Recitator* (tanquam personae nomen) reliquis praemittunt δϑι. *BAC.* om. Θ. *ipsi hi* Ξζηκ — ω, et ut credibile est, Δ. *ipsi hic* Ω — ςϑι. *hi* Θ. *captii* Θ. „*filis* Δp initio: postea quis superadiecit *i.*“ *filiis qui* ζηκλμ. *Ite* om. ΞΩ — μ, olim †; tenent Θξψω, extra uersum posuit Bothius.

Hi senes nisi fuissent nihili iam inde ab adulescentia,
Non hodie tantum flagitium facerent canis capitibus:
Neque adeo haec faceremus, ni antehac uidissemus fieri,
Vt apud lenones riuales filiis fierent patres.
Spectatores, uos ualere uolumus et clare adplaudere.

PLAVTI BACCHIDES EXPLICIT.

---

112. Bacchidi haec continuant ΔΘpgΞΩβγς. *GREX* praeponunt ζηκ—ω. *adulescentia* ΘΞΩ—ςϑιψ. *adolescentia* κ—ξω.
113. *hodie* om. ζηκλμ. *hoc* ΔΘpgΞψω. *hic* Ω—ξ. *facerent* om. ψ: inconsulto. 115. *leones* Θ. 116. *uolumus et* ΘΞΩ—ω. *et uolumus* Bothius: qui olim *uolumus* ante *uos* collocarat. *clare*] *dare* Ω. *adplaudere* ΔΘpΩ—ιψ. *applaudere* Ξκ—ξω. *PLAVTI BACHIDES EXPLICIT* Θ. *Finis* Ω.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

IN VERBIS PLAVTINIS:

Pag. 27.	I, 2, 39.	*scribe*	caue malo,	*pro*	caue malo?
42.	II, 3, 33.	—	innocenti ei	—	innocenti
43.	II, 3, 42.	—	ingenium auidi	—	auidi ingenium
64.	III, 3, 58.	—	maius est	—	maius
122.	IV, 8, 61.	—	forum	—	fanum
125.	IV, 9, 4.	—	nauium	—	uauium

IN ANNOTATIONIBVS:

Pag. 4. uersu a fine 6. excidit *adhuc* ante *nescio.*

9. uersu 4. ante Quos adde: post Ernestium Praef. in Plaut. p. IX.

— ad uers. Plaut. 1. *potis est* affertur etiam ex Pal., *ΔΘ*g. Horum enim cum Parei testimonio consensum cum ab initio non commemorandum duxissem, mox tamen, ne quid forte, quod ad iudicandam Parei, Gruteri, Scioppii fidem aliquo modo pertineret, desideraretur, etiam in hac parte deesse officio nolui.

— ibid. *lepide licet* sine distictione in *ΔΘ* esse Pareus testatur in Analectis. Quae cum nuper demum in manus meas peruenerint, singula ex iis testimonia hoc loco perscribam, quamuis ea minime denuo inspectis codicibus nata.

— ad I, 1, 2. *fugiet Δ*g. *effugiet Θ*g.

— ad u. 3. et 4. *defuerit* Pal., *ΔΘ*g.

10. ad u. 6. *BA. bene pol. PI. haud ΔΘ*g. Aperte fallitur.

— ad u. 9. *Vt isthoc militem* Pal. *Vt istoch militem ut ΔΘ*g.

— ibid. „Superfluit *ubi.*" Pius.

— ibid. *se ut*] *seu* Pal.

11. ad u. 10. *reuehas* coni. Pius.

— ad u. 11. *dediderit ΔΘ*g.

Pag. 11. ad I, 1, 13. *nunc is homo* Pal.
— ad u. 14. *ibi* Pal., ΔΘp Anal.
— ad u. 16. *uostrast* Pal.
12. ad u. 19. *Qui*] *Quid* Δg.
— ad u. 20. *malitiam* ΔΘg.
— ad u. 23. *quid* Δc, ΔΘg.
13. ad u. 25. *haut faciet* ΔΘp Anal. — *aut* coni. Gruterus.
— ad u. 27. *med* Θg, Θp Anal.
— ad u. 28. post uerba M o d o s i c excidit m o d o.
— ib. *quia* (sine *enim*) ΔΘg.
— ad u. 29. *periculum* etiam ω.
14. ad u. 30. *destimulant* Δg. *distimulant* Θg.
— ad u. 32. Scribe: n a t u m i l l u d *et* e f i n e e. q. s.
— ib. *Ecquid* bis posuit etiam Goellerus in Trinum. 641. p. 94., et *quaeris* pro *rogitas*, cetera quoque peruertens incredibiliter.
— ib. (*homo*)*adulescens* Pal.
— ad u. 34. „*disco*] Habuerunt omnes *uisco*, sed quiuis facile uideat, non sine mendo." Longolius. Qui quos libros uel editores dicat, prorsus me fugit.
15. ad u. 36. *caestu s*. Beroaldina antequam ipsa liberaliter ad me transmissa est e bibliotheca Gymnasii Halberstadiensis, excerptis usus sum amicissimi Schoenii. Quae sicubi uel manca fuerint uel non satis diligenter a me usurpata, id uitium hac opportunitate compensabo: substiti autem in III, 3, 42. Hinc igitur Ω—ς significat Ωβγδς.
— ad u. 37. 38. *scaphium* et *malacum s*.
— ad u. 39. *praeco* Pal.
— ib. *accumbet* Pal.
— ad u. 40. *ah*, non *at* ΔΘp Anal. Gruteri testimonium spectare ad u. 41. uidetur.
— ad u. 41. *p̃ciosa s*.
16. ad u. 42. *istuc iocon assimulem* ΔΘp Anal.
— ad u. 44. *quid eo* κλμ.
— ad u. 46. *ueniat* Pal.
17. ad u. 48. *adcumbam s*, idemque coni. Pius.
— ib. *aĩe* h. e. *anime s*. — *accubet s*.
18. ad u. 56. *nihili* η.
19. de u. 59. 60. prorsus falsa tradidit in Analectis Pareus.
— ad u. 62. *iubeq* Pal., ΔΘg. *iubebo s* de coni. Pii.
— ib. *ecferri* Pal., ΔΘg, ΔΘp Anal. (minus diligenter quam in editione.) *efferri* Ξ, s.

Pag. 19. ad I, 1, 68. *sit nobis obsonatum* s.
20. de u. 66. conf. Pareum Analectis.
21. ad u. 70. *BACCH.* ante x habuit s.
— ad u. 72. *Ba. Cupio*] *Ca. Cupio* βγς. Correxit Pius, quem sequitur s.
— ib. *Kalet* Pal.
— ad u. 73. Gruteri de ΔΘ testimonia Pareus agnoscit in Analectis et in editione III., in qua ipse recepit *in naui es uecta.* (Qui quod *uestes* priore loco Θ habere ait in Anal., typothetae errore niti ex edit. III. intelligitur.)
22. ad u. 74. Deteriorum librorum fides nulla: optimorum scripturae seruari omnes possunt addita in fine una *hinc* particula: *Simul huic nescio quid turbárumst, qui húc it. décedámus hinc.*
— *Pistochlerus Adolescens* δε cum aliis quibusdam.
— ad I, 2, 1. *pistochlere* ε.
— ad u. 2. *tu* ΔΘg.
23. ad u. 5. *te* ΔΘg. — *aduorsa uia* ΔΘg.
24. ad u. 13. *unquam? O Lyde* ΔΘg.
— ib. *o lyde* coni. Pius.
— ad u. 15. *i stultior* Θg. *I, i stultior* Gruterus. *his stultior* Pius. *is en stultior* etiam Goldastus in Parei ed. III., ubi Δ habere *.i.* utrinque punctis cinctum proditur.
— ad u. 18. *hoc* ω. — *apparauit* s. *adparauit* Pius.
25. ad u. 21. *nū* ς, quod *num* interpretans in *non* mutari Pius uoluit. *non* s. *nun* ϑ.
— ad u. 29. *sis* ε.
26. ad u. 31. *uidetur* s.
— ad u. 32. *hic*] *haec* Pal.
— ad u. 34. *illis*] *iis* Pareus ed. III.
— ad u. 35. *obsonatū ē* s.
27. ad u. 41. *ob baratrum* βγς. *ah* siue *o bar.* Pius. *o bar.* s.
— ad u. 44. *quenquam* s.
28. ad u. 47. *fiam ut ego* Δg. *fia mutet ego* Θg.
29. ad u. 52. *īpudentiam* s.
— ad u. 53. *in mentem* Δg.
— ad u. 58. *data est. Orationis* ΔΘg. Meursii rationem praeierat s.
30. ad u. 60. *aedepol* s. — De hoc uersu uide Pareum edit. III. falsa tradentem. Ad u. 61. cf. Gruterum.

Pag. 30. ad II, 1, 4. *ueneroque* Ξ, „codices prisci" Pii, qui esse ait qui *ueneror* legant. *uenerorque* s.
31. ad u. 7. *quem ad* coni. Pius.
— ad II, 2, 1. *quaerere* s.
32. ad u. 11. *nempe*] *num et* coni. Pareus ed. III.
33. ad u. 15. *minus* s.
— ad u. 17. *res et nulla est* s.
— ad u. 19. *quod ab illo attulisset* s. — V. paenultimo pro egon scr. *egon.*
34. ad u. 27. *proxime hic uiciniae* coni. Hoffmannus in Iahni Annal. phil. et paed. a. 1828. uol. II, p. 25.
— ad u. 28. *ecquidnam* coni. Pius.
35. ad u. 30. corrige: *miserae* Δpg. *misera* ΘpgΞΩ—πω.
— ad u. 31. *scitum* ΔΘp Ed. III. *fictum* Dissaldeus, prob. Par.
36. ad II, 2, 37. *nullam* coni. Pius. — *pellio* Δc.
— ad u. 39. *nanctus* Pal. — *essem* s.
— ad u. 40. *aedepol* s.
37. ad u. 45. *amittenda* s.
— ad u. 50. *mnesilocum* s.
38. ad II, 3, 1. *piraeeum* s.
39. ad u. 6. „Sunt qui *chrysalo* uelint." Pius.
— ad u. 7. *hic* ex ΔΘp in Anal. affertur.
40. ad u. 13. *asperxisti* est in lemmate Vallae, cuius reliquas discrepantias in Commentatione attuli. Vbi cum etiam Pii Saracenique coniecturae ita iudicentur, ut plurimarum usum esse nullum appareat, nolo, si quae casu in extrema potissimum fabulae parte praetermissae sint numero ut arbitror paucae, iis enumerandis otium et chartas perdere inutili plane sedulitate.
— ad u. 14. *usque* s.
— ad u. 15. *eum hinc* in ΔΘp esse in Analectis contenditur.
— ad u. 16. *accoepit* s.
— ad u. 17. *nichobole* s. Eadem u. 20. et 59. *aedepol.*
41. ad u. 21. *luna*, *dies* s. — Mox *diei* Decurtati scripturam sic posse defendi, ut de nominatiuo plur. *dius* adiectiui cogitetur, amice monuit Guil. Freundius.
— ad u. 23. *quem inquam nae* s.
42. ad u. 34. *aiebat* s.
— ad u. 35. *habetin aurum* Ξ,ΔΘp Anal. *habetne aurum* s.
— ad u. 38. *et* ante Bothium Pareus ed. III.
43. ad u. 40. *trina haec nunc erit* s.

Pag. 43.

Pag. 43. de II, 3, 41. dicta aliqua ex parte correxi in Commentatione.
— ad u. 42. *ingenium auidi*] *auidi ingenium* transposuit Bothius.
— ad u. 43. Fortasse *inde nauem conscendimus.*
— ad u. 44. de Osauni testimonio uide Comment.
44. ad u. 45. *ego ω.*
— ad u. 46. Hunc post u. 55. transponere Dissaldeus uoluit. — *Longum est uigorem* Goldastus ap. Par. ed. III.
— ib. *exornarier*] alias *exnarrarier*. LONGOL.
— ad u. 53. *occoepi s.* Sic etiam u. 58.
45. ad u. 57. *gereretur s.* — Ad u. 58. cf. Parei Anal.
— ad u. 59. *heu* om. Pal.
46. ad u. 65. *Quum*, non *Qum*, e *ΔΘp* affertur in Anal. *cum uidimus δs.*
— ad u. 70. *quoniam*] adde IV, 4, 36.
47. ad u. 73. *Dianai Ephesiae* placet etiam Goellero in Trin. 368. p. 78.
— ad u. 74. Mirabiliter Pareus Anal. p. 325.: Testor omnem fidem in MSS. Pall. disertim legi *Megalobusi.* Ne quis forte fidem adhibeat Grutero, affirmanti in iis esse *Megalobuli.* In scriptura enim Longobardica est *s*, non *l*: e. q. s. — *megabyzi s.*
— ad u. 75. *ephesiis s.* — 76. *nae s.*
48. ad u. 78. *Quin ipsa in aede Dianai* Goellerus in Trin. p. 78.
— ad u. 81. *Sed uos ΔΘp* Anal. De quo dubitare licebit.
49. ad u. 87. *aedepol s.* Eadem u. 105. *quanuis.*
50. ad u. 97. *etiam*] *et* Par. ed. III.
51. ad u. 112. *mnesilocus s.* — 116. *taela s.* — *omnino mihi est* Pal.
52. ad u. 117. *quopem ΔΘp* Anal. — *copem*] sunt qui legunt *opem*: in quibusdam codd. legitur *compotem.* PIVS.
— ad u. 122. *relinquet s.* Et sic alibi scriptum esse testatur Pius.
— ad u. 130. *repraehensus s.*
53. ad u. 133. *auro eiusque amica* Pareus ed. III.
— ad III, 1, 4. *bachides* bis *Θ.*
54. ad u. 8. *haec conclusa*] *uisa s* (sine *haec.*)
— ad u. 10. Sunt qui legunt *afflictas.* PIVS.
— ad u. 11. *appellere s.*

Pag. 55. ad III, 1, 17. *lutulento* s.
56. ad III, 2, 11. *beneficum* s.
57. ad u. 12. corrige *Praeſtat nimio* pro *Praeſtans nimio*.
— ad u. 13. *hunc etiam* Par. ed. III.
— ad u. 14. *curam eſſe ea tum*] *curare abeſſe ea* coni. Pius. — *magis aequum curare eſt ea quam obiurgato eſt opus* s.
58. ad III, 3. *Philoxenus* s.
— ad u. 1. *cor acre* deleri iubet Henr. Stephanus ap. Par. ed. III.
59. ad u. 6. corrige: *facit* ζηκλμ.
60. ad u. 16. *cauſam* s. — 19. *paedagogo* s.
— ad u. 20. *Ante* ΔΘp Ed. III. *Adue* Sam. Petitus Miſcell. II, 17. p. 114.
— ad u. 21. *praefecto* s. — Hiat uerſus. CAMER. — Bothio aliquanto ſaltem probabilius ſic transponendum fuerat: *praefecto poenas haud med. ſolu.*
61. ad u. 24. *pugilatu* s.
— ad u. 26. *extendebant*] legitur *excudebant* alibi. PIVS.
— ad u. 27. *in hippodromo* s.
62. ad u. 37. *Extempulo puer*, non *Extemplo puer*, Bothius nuper.
— ad u. 41. *attigas* ex Nonio Pius: quem ſequitur s.
64. ad u. 59. *PH.* δ(Sarac.)ζ — ι(de coni. Pii)κ — ω. *PI.* Ωβγς.
66. de u. 67. cf. Parei Analecta. Cum Ω — ςϑι facit s. Cum Bothio Goellerus in Trin. 243. p. 68.
67. ad u. 72. Certe *credites*, ſi uulgata placeat, ſcribendum Pius ait. Ceterum *creduas* etiam s.
69. ad u. 94. *Adſatim eſt* Mneſilocho tribuit Pius.
70. ad III, 4, 4. *ſuo meo* Δc. *meo*, non *me*, ζηκλμ †. *ſuo* Par. ed. III.
— ad u. 13. *certo* etiam Par. ed. III. — Extrema hac annotatione tolle: deleto 24.
— ad u. 15. Mendoſi ſunt proletarii codices: *plumia*. PIVS.
71. ad u. 19. *ſubblanditur* typothetae errori deberi, ut eius generis alia quaedam alibi, in Analectis notat Pareus.
— ad u. 24. *malim* etiam ex Δc commemoratur.
72. ad u. 29. *equum eſt* Ξ.
— ad u. 30. *nunc* om. ΔΘp Anal.
73. ad III, 6, 3. *ueniam* etiam s.
— ad u. 6. *contra et contollam* uoluit Pareus, ut ex ed. III. apparet. Acidalii rationem probat Goellerus in Trucul. 121. p. 68.

Pag. 75. ad III, 6, 13. *fublestà*] in *Δ*c afcripta erat fiue emendatio fiue interpretatio *fubuerfa.* CAMER.
79. ad u. 15. *id ipfi ignaui cauent* Par. ed. III.
— ad u. 16. *nae ι* de coni. Pii. — *permeabilitate* Par. ed. III.
— ad u. 41. *pergis* pro *fpargis* (uel *fpergis*) coni. Pius, rec. *ι*.
— ad u. 42. *Immo ibi mane* Mnefilocho tribuit Pius. Quod non intellexiffe uidetur Carpentarius.
80. ad IV, 1, 7. corrige: eaedemque *Puero* tribuunt *ut pulfat* (pro *pultat.*)
81. ad IV, 2, 3. corrige: fic autem formarunt *ζη*.
82. ad u. 9. Pro *elatia* fcriptum eft *ilecia*. PIVS.
83. ad u. 16. *nucifrangibula* correxit etiam Pius, proponens idem *naucifr*.
84. ad u. 24. corrige: (*hec reuenit* etiam *ΔΘ*p, pro (*haec reuenit* e. q. f.
— ad u. 29. *eft moeftus* pro *moleftus* coni. Pius.
85. ad IV, 3, 4. *uolo* hanc habet defenfionem, ut tres octonarios unus feptenarius excipiat fimiliter ac IV, 9, 29—32.
— ad u. 6. *quoi*] cf. III, 3, 23.
86. ad u. 11. frequenti fcribendi compendio] ut III, 6, 18.
— ib. *nullus ego homo* fcribo fultus auctoritate ueterum librorum. PIVS.
89. ad u. 24. „*fi mihifit*] Ita eft in Manufcript. lib., non *fit*." PAR. Anal.
— ad u. 25. *amef ΔΘ*p Anal.
— ad u. 28. *Chryfalum uideo ΔΘ*p Anal.
91. ad IV, 4, 14. Hermanni coniecturae *nifi habeat* praeftiterit *nifi is habet.*
— ad u. 15. corrige: *multipotenf Δ*pg man. pr., *Θ*p, (*Θ*g m. pr.), *ΞΩ — μω*.
93. ad u. 36. corrige II, 3, 70. pro II, 3, 58.
94. ad u. 42. cf. Parei Analecta.
95. ad u. 50. *dedidifti* propofuit Camerarius.
98. ad u. 72. Vitium *baliftem* correxit *ι* altera. Pariter *ab* u. 77., et fic alia multa ut *precor* IV, 7, 17., quae non eft operae pretium enumerare.
— ad u. 76. cf. Saracenum.
100. ad u. 84. corrige: *cur id exquaeris β — ϑ* (pro *Θ*.)
101. ad u. 88. *imperauifti ΔΘ*p et *imperatum ΔΘ*p Pareus uoluit, ut in Analectis teftatur culpans typographum.

Praeterea autem *imperatum* affertur ex *ΔΘg*, pro quo meus typographus posuit *ΔΘp*. — De u. 89. cf. eadem Analecta.

Pag. 101. ad IV, 4, 91. *iubeo* pro *iubebo* ψ uitio typographi. Vid. Anal.

103. ad u. 105. *comedam* s.

104. ad u. 106. dele uerba: *uide* illud — corripit.

— ad u. 107. *etiam loqueredum*, *quid*] haec lectio retinenda e MSS. libris. PAREVS Ed. III. satis mirabiliter.

105. ad u. 118. *cito*] cf. Par. Anal.

107. ad IV. 5, 4. *huic* sine *nunc ΔΘp* Anal. — 9. *ei ΔΘp* Anal.

— ad IV, 6, 1. *mane*] *male* s.

109. ad u. 16. *qualis sit et ubi sit* MS. Schobing. pr. apud Par. ed. III, in qua ipse recepit *quis fiet*.

110. ad u. 27. *fertur* pro *confertur* Par. ed. III, sec. Merulam in Ennii Annal. VII, p. 407.

111. ad IV, 7, 2. *si muttiuerit ΔΘp*.

113. ad u. 25. *atque* pro *atque atque* corr, Pius.

116. ad IV, 8, 10. Huius pag. extrema notatio transferenda ad u. 11. pag. 117.

121. ad u. 46. *et nobis ΔΘp* Anal.

122. ad u. 56. *auscultatur*, non *ausculatur*, *ΔΘ* teste Pareo Prouocat. ad Senat. crit. p. 31.

— ad u. 60. *sitne*] Grut. *estne*, ut supr. IV, 3, 21., sed contra *ΔΘ*. PAR. Anal. Fallitur. — 61. *malam*] *magnam malam* Par. ed. III.

123. ad u. 68. MSS. Pall. et *te* et *ted* repraesentant a diuersa manu. PAR. Anal. De *Θ* fallitur.

125. ad IV, 9, 5. *tormento*] *tam ornamento* MS. Schobing. sec. teste Goldasto nostro. PAR. Ed. III.

126. ad u. 10. *mulcabere* ω. — 14. *ellum ΔΘp* Anal.: parum diligenter.

127. ad u. 22. *Laertius*] Puto mendacem Gruterum prodere in *Δ* legi *Lercius*. *αὐτοψία* litem istam dirimet. PAREVS Anal. p. 339. Vnde apparet non iterum ab hoc inspectos Palatinos.

128. ad u. 25. *audiui ΔΘp* Anal., ubi in *Δ* admodum obscure esse *audi* notatur.

— ad u. 27. *sibi* ω.

132. ad u. 55. corrige: iambicum septenarium sic effingere.

135. ad u. 69. *igitur* deleuit Par. ed. III.

— ad u. 73. *equidem Σ*] dele uerba: quod uerum puto.

144. ad IV, 10, 6. *potaui dedi ΔΘp* Ed. III: rectius.

Pag. 161. ad V, 2, 53. corrige: *necaſ* ΞΩ — ϛϑ — ω (pro ΞΩϛϑ — ω.)

166. ad u. 79. in allatis e ΞΩ—μ ſcriptum debuit *Quadringentis* (pro *Quadrigentis*.)

Praeterea in praefatione mihi ipſe non mediocriter ſuccenſeo omiſſam eſſe Adolphi Stenzleri dilectiſſimi collegae mentionem gratiſſimam: qui dici nequit quanta mihi ſuauitate ſuam in pertractandis tum Palatino libro tum Lipſienſi operam praeſtiterit utiliſſimam.

HALAE,

FORMIS EXPRESSVM ORPHANOTROPHEI.